Hain 9776
Goff K 15
Klebs 573, 3 (m. EDr. v. Rhasis, fol. 33vo.-34vo.)
Essling-I, 2, no. 588
Sander 3746
IGI 5299

314 x 212 mm: noch breitrand., als das Domi-Ex.
a.d. Messe 1964 (312 x 207)
BMC. V, 351 (284 x 179)

Bl. e^{3+4} doppelt
e^{2+5} fehlen (Text)

ARISTOTILE
IPOCRATE
GALIENO
AVICENA
ALIABATE
RASIS
MESVE
AVER

PETRVS DE MONTAGNANA

CAIVS PLINIVS
DE NATVRALI

CONCILIATOR
ISAAHC
ABEZOAR



Similitudo complexionum & elementorum.


Humidus est sanguis color est vis aeris illi:
Sicca calet colera sic est illi similata.
Alget humet flegma ac illi vis sic aquosa:
Melancolia friget ac exiccat quasi terram:

Sanguineus

Natura pingues isti sunt atqꝫ iocātes. Nouos rumores cupiūt audire frequēter. Hoc venꝰ ꝛ bacchꝰ delectāt fercula risus. Et facit hos ylares ꝛ dulcia verba loquentes. Omnibus hi studijs abiles sunt ꝛ magis apti. Qualibet ex cā nec hos leuiter mouet ira. Largus amās ylaris ridēs rubeiqꝫ coloris. Cantans carnosus satis audax atqꝫ benignꝰ

Colericus.

Est humor colere que cōuenit ipetuosis. Hoc genus est hoium cupiens precellere cūctos. Hu leuiter discunt necnon multum cito crescunt. Inde magnanimi sunt necnon largi summa petentes. Irsutus fallax irascens prodigus audax. Astutus gracilis siccus crocciqꝫ coloris.



Flegmaticus

Flegma vires modicas tribuit latasqꝫ breuesqꝫ. Flegma facit pingues sanguis reddit mediocres: Ocia non studio tradunt sed corpora somno. Sensus hebes tardus motus pigricia somnus. Hic somnolentus piger in sputamine multus.

Melancolicus.

Restat adhuc tristis color substantie nigre. Que reddit paruos tristes semper alta loquentes. Hi vigilant studio nec mens est dedita somno. Seruant propositum sibi nil reputant fore gratum. Non expers fraudis timidus luteiqꝫ coloris. Inuidus ꝛ tristis cupidus dextreqꝫ tenacis.

¶ Incipit fasciculus medicine compositus ꝑ excellentissimuz artium ac medicine doctorem: dominuz Joannem de Ketham Alamanum: tractans de anothomia ⁊ diuersis infirmitatibus: ⁊ corporis humani: cui annectuntur multi alij tractatus per diuersos excellentissimos doctores compositi. Necnon anothomia Mundini.

¶ Et primo de expositione colorum in vrinis: Deinde de eorundem iudicijs.



Rina est colamentuz sanguinis ⁊ est duarum rerum significatiua proprie: aut enim significat passionem epatis ⁊ venaruz aut vesice aut renuz. Aliarum rerum est improprie significatura. Sz in vrina consideranda sunt diuersa scilicet substantia: color: regiones: ⁊ contenta. Aliud est causa substantie: aliud causa coloris: aliud causa sediminis. ¶ Cum enim in humano corpore sunt quatuor qualitates. s. caliditas: frigiditas: siccitas: ⁊ humiditas. Due. n. harum. s. caliditas ⁊ frigiditas sunt cause coloris. Siccitas ⁊ humiditas sunt cause substantie. ¶ Sciendum enim est ꝙ vrina in quatuor partes diuidit. Superior pars est circulus. Secunda est corpus eius. Tertia perforatio. Quarta fundus per circulum egritudo capitis ⁊ cerebri ꝑ corpus eius egritudo spūalium mēbrorum ⁊ stomachi per pforationem epatis ⁊ splenis per fundum renum ⁊ matricis ⁊ inferiorum mēbroꝝ accidentia iudicamus. ¶ Item in vrina sunt tres regiones. s. infima media ⁊ suprema. Infima incipit a fundo vrinalis ⁊ durat per spacium duoꝝ digitorum. Media regio incipit vbi terminatur infima ⁊ durat vsqꝫ ad circulum: qr circulus est in summa regione ⁊ quādo in ista summa regione est spuma: significat ventositatē ebulientez in vijs vrinalibus vel inflationē seu aliud vicium pulmonis. ¶ Circulus vero grossus significat nimiam repletionem in capite ⁊ dolorem ⁊ quando in circulo sunt quasi grana alba signū reumatis indigesti ⁊ oppilationis in epate in regione media. Et si fila volitantia albi coloris: tunc est signuz mortale. Sed si ibi quedam nebula est in sanis malum. Sed in febricitantibus si nebula sit diuulsa significat principium digestionis materie morbi ⁊ si fuerit vnita tunc significat plenam digestionem completaz ⁊ cursum laudabilem ⁊ salutem. In infima regione sunt alij lapilli arenosi: ⁊ tunc denotat ꝙ patiens est calculosus. Et si sedimen est nigrum: ⁊ tunc nisi fuerit per talem vrinam expulsio materie venenose signum est mortis.



Rina rufa significat sanitatem ⁊ bonam digestionez corporis humani. ¶ Urina subrufa sanitatem significat: sed non ita perfectam sicut omnino rufa. ¶ Urina citrina quando circulus eiusdem coloris est laudabilis est ⁊ etiam subcitrina licet non ita perfecte sicut omnino citrina. ¶ Urina rubea sicut rosa effimeram febrem significat: ⁊ si continue mingatur significat febrem quotidianam. ¶ Urina sicut sanguis in vitro significat febrem ex nimio sanguine: ⁊ tunc statiz debet fieri minutio nisi fuerit luna in medio geminoꝝ. ¶ Urina viridis quando mingitur post rubeaz significat adustionem ⁊ est mortalis. ¶ Urina rubea claritate remota omnino declinationez morbi significat. ¶ Urina rubea permixta aliquantulum nigredini vicia epatis ⁊ calefactionem significat. ¶ Urina pallida significat defectionem stomachi ⁊ impedimentum scđe digestiōis. ¶ Urina alba sicut aqua fontis in sanis significat crudelitatem humoꝝ ⁊ in acutis febribus est mortalis. ¶ Urina autem lactea cum spissa substantia si accidit in mulieribus nō ita periculosum sicut in viris ꝓpter indispositiōis matricis tunc in acutis febribus est mortalis. ¶ Item vrina lactea superius ⁊ inferius obumbrata circa mediam regionē clara idropisim significat. ¶ Itez vrina in idropico rufa vel subrufa mortem significat. ¶ Item vrina caropus significat multitudinez humorum corruptorum sicut accidit in flegmatico idropico podagrico ⁊ alijs. ¶ Item vrina nigra potest esse de calore naturali extincto: ⁊ tunc est mortalis: vel potest esse ꝓpter expulsionem materie venenose que expellitur per vias vrinales: ⁊ tunc significat salutem in quartana. al's autem semper est mortalis. ¶ Itez vrina lucida sicut cornu indispositiones splenis: ⁊ dispositionem quartane significat. ¶ Item vrina crocea ⁊ spissa subnigra ⁊ est fetida ⁊ spumosa significat ytericiam. ¶ Item vrina rufa vel subrufa inferius habens resolutiones rotūdas ⁊ albas superius aliquantuluz pinguis febrē ethicam significat. ¶ Urina in fundo vasis vsqꝫ ad medietatem clara postea non spissa ⁊ tenuis grauedinem pectoris significat. ¶ Item vrina spumosa ⁊ clara ⁊ quasi subrubea dolorem in dextro latere maiorem qꝫ in sinistro significat. Si vrina spumosa ⁊ alba sit maiorem dolorez significat in sinistro latere: frigidius est enim sinistrū latus qꝫ dextrū. Si circulus vrine nullo in quiescēte tremulus apparuerit decursum flegmatis ⁊ aliorum humoꝝ a capite per collum ⁊ per posteriora ad inferiora significat. ¶ Itē vria tenuis ⁊ pallida ⁊ clara acetosum flegma significat. ¶ Item vrina spissa plūbea circa mediam regionem nigra paralisim significat. ¶ Itē vrina spissa ⁊ lactea ⁊ pauca ⁊ crassa inferius cum squamis lapidem significat vel ostendit: si vrina sine squamis spissa ⁊ lactea pauca fuerit fluxum ventris significat. ¶ Item vrina spissa ⁊ lactea ⁊ multa guttā in superioribus partibus vel membris corporis significat. ¶ Itē vrina inferius pallida in viris dolorem renū significat: in mulieribus vitiū matricis significat. ¶ Itez vrina in qua frustra apparent si pauca sit ⁊ turbulosa vene rupturam circa renes ⁊ vesicam significat. ¶ Item vrina in qua sanies apparet in fundo vasis contigua renum ⁊ vesice putredinem vel apostemata significat. Et si in tota vrina sanies apparet totius corporis putredinē significat. ¶ Itē vrina in qua frustra apparent parua ⁊ lata vesice excoriationem significat. ¶ Item vrina atomosa per multum tempus lapidem in renibus significat. ¶ Item vrina alba sine febre in viris ⁊ mulieribus aliquando dolorem renuz aliquando impregnationem significat mulieris. ¶ Item vrina

pregnantium si vnum mensem duos vel tres ha
buerit debet multum clara ⁊ alba esse ⁊ ypostasim debet habere in fundo. Si vero quatuor ha
buerit menses: vrina tūc debet esse serena ⁊ ypostasis alba ⁊ grossa in fundo.

Solet imago in vase vrinalis tanqꝫ in speculo apparere si vrina sit mulieris conceptionem factam significat. Et si imago iudicātis apparuerit in vrina patientis febres ĩterpellatas vel epaticam egritudinem prolixitatem morbi significat. ¶ Item vrina spumosa ventositatem stomachi in mulieribus vel ardorem ab vmbilico vsqꝫ guttur ⁊ sitim significat. ¶ Item vrina virginis quasi subcitrĩa debet esse. vnde vrina liuida ⁊ nimis serena virginem declarat esse constantem.

¶ Urina turbida in qua semen apparuerit in fundo vasis mulierem iacentem cum viro significat

¶ Urina mulieris densa eam esse corruptam tūc declarat: predicta vrina saltez turbida in qua semem apparet in fundo vasis. Si vero vrina talis fuerit in viro recenter eum cum muliere coisse tunc declarat. Si vrina turbida velut subiugarium habuerit vulue matricis dolorem significat.

¶ Urina multum nigra mulieribus superueniēs: si mota aliquantulum ruborem habuerit solutionem menstruorum significat.

¶ De modo iudicandi vrinas.



Modus iudicandi vrinas est. Consideratis omnibus que a medico debent considerari sic procedēdum est. ¶ Primo videndum est de coloribus. ¶ Secundo de substantia. ¶ Tertio de contentis ⁊ sic poteris cognoscere quis humor dominatur in corpore humano.

Si igitur vrina apparuerit tenuis ⁊ alba melancolia dominatur.

Si vero apparuerit alba ⁊ spissa significat flegma dominari.

Si aūt apparuerit spissa ⁊ rubea sanguis dñatur

Si vͦ rubea ⁊ tenuis colera dicitur dominari.

Et nota super eadem.

Et nota ꝙ sanguis in anteriori ꝑte capitis dñat̃.


Colera in dextra parte capitis.

Flegma in posteriori parte.

Melācolia in sinistra parte capitis dicit̃ domĩari.

Circulus rubeus in anteriori parte capitis dolorem significat.

Circulus albus in posteriori parte dolorem significat. Circulus niger in sinistra parte ipsius capitis dolorem vt factum est manifeste demonstrat. Sm predictum modum de iudicijs ⁊ demonstrationibus vrinarum sufficiat.



Due vene interiores sub talis in vtroqꝫ pede valet cõtra arenã ⁊ calculũ ⁊ valent mulierib⁹ post partuꝫ nõ bene purgatis valet ẽt illis q̃ nõ sũt bñ disposite ad recipiẽdũ semen et etiã mlierib⁹ q̃ ius suũ ñ hñt.

Vena in vtroqꝫ pede supra pedicã maioreꝫ valet ꝯtra obtalmiaꝫ et ꝯtra faciei pustulas et mẽstruoꝝ retentiones et cõtra cõceptionem et ꝯtra pustulas crurium.

Due vene īferiores iuxta preputium valent tumefactionibus testiculorum et dolori renuꝫ et ficteris et vitus.

Vena supra preputiuꝫ valet contra tumores et inflationes testiculorum et cõtra omnia vicia vesice ex arena calculo et cõtra aĩa mala.

Vene saluatelle in dextra pte corporis valent contra ycteritiam. ver. Dat saluatella mihi plurima dona minuta. In naturalem tollit de corde calorẽ Purgat epar splenem pectus precordia vocem.

a Uena in medio frontis pcussa valet contra apostemata oculorum: et contra emigraneam: et contra dolores capitis grauissimos: et cōtra mentis alienationem: et ↄtra frenesim et cōtra nouā lepram.

b Due vene in collo inciduntur propter humores et reuma capitis. Nota oēs vene capitis post comestionem sunt minuēde excepta vena sub mēto.

c Uena iuxta nares incisa purgat caput et iuuat auditum.

d Due vene in faucibus oris quelibet valet contra pustulas faciei: et cōtra scabiem capitis: et contra dolorem dentium et mandibularum. Et etiam valet contra grauedinem capitis gutturis et oris.

e Uena labiorum contra apostemata in ore existētia et etiam in gingiuis et etiam in carne qua radicātur dentes.

f Uena in summitate nasi valet contra grauedinem capitis: et nimium fluxum oculorum.

g Due vene sub lingua valēt ambe contra dolores dentium et gingiuarum: et cōtra reuma capitis: et cōtra apostemata gutturis: et cōtra squinantiam: et cōtra omnia vitia oris.

h Uena cephalica capitis percussionibus inciditur: ip us capitis vt melius ex alio latere in manu sinistra in principio. Item omnes vene manuū sunt post comestionem minuēde.

i Uena cordiaca cordis seu coralis hoc est vena mediana inciditur pro passionibus spirituum et plenius in manu sinistra valor eius declaratur.

k Uena purpurea contra passiones minuitur interiorum.

l Uena iliaca et titillaris aperitur pro passionibus inferiorum.

m Saluatella in dextra manu minuēda est quādo peccat sanguis in qualitate vel in quantitate vel i vtroq;: quia epar est in dextro latere. matrix autem splen et renes ad sinistrum latus declinant.

n Uena in poplicibus incisa facit hominem incessanter incedere. Item omnes vene cruriuz ac pedum post cōmestionem sunt minuende.

o Uena sub vtroq; genu valet contra apostemata et dolores renum et lumborum coxarum et vesice: et arteticas precisiones mirabiliter curat.

p Uena gibbo incisa purgat melancoliam et cōfortat renes.

q Uenas veniens ad pollicem incisa valet idropisis et inflatis: et etiam contra ventositatem.

r Due vene secte in vtraq; parte coniuncte pudibundis valent contra omnia vitia verendorum: strangurie et lienterie passiones: et vesice et testiculorum dolores.

s Uena in vtroq; pede supra pedicam maiorez valet contra obtalmiam: et cōtra faciei pustulas: et menstruorum retentiones: et contra conceptionem: et contra pustulas crurium.

t Uena super minimam pedicam incisa valet in vtroq; pede ad coleram.

u Uena inter pollicem et indicem in vtraq; manu valet contra dolorem capitis: et cōtra dolorez oculorum: contra febres: et contra fellis effusionem: contra obtalmiam: et contra ruborem et fluxum oculorum.

x Due vene exteriores saphene sub tales i vtroq; pede fleubotomia contra dolores Auchaium: et contra inflationes et apostemata testiculorum.

y Uena in vtraq; manu supra minimū digitum valet contra icteritiam: et cōtra omnia vicia splenis. Et contra frenesim et quācūq; febrem.

z Uena epatica habet initium a stomacho: a corde: a iecore: et est posita vel locata ad extremaz partem brachij: et si nō bene incidunt predictum locuz facit tumescere. Et etiaz ex hoc generantur apostemata et spasmus in brachijs et digitis: et etiam stomachi et splenis: et etiam cōtra fluxum sanguinis de naribus: et etiam contra punctiones seu stimulationes lateris. Et incisio ipsius precipue et principaliter debet fieri i nonis maij: hoc est sequēti die post festum sancti Joannis crisostomi.

et Uena mediana capit initium suum a pulmone. Et est in medio brachij posita vbi nō est mus. Et si nō bene incisa fuerit dat spissum sanguinez. Et si bene inciditur valet contra omnes dolores membrorum cordis stomachi costaruz et laterum. Et etiam si nō bene incisa fuerit saniem plurimam et pessimā mitteret: et vulnera famosa: et ad perniciez hominē deducit: et precipue: et pncipaliter incisio vene predicte debet fieri nonis septembris: hoc est circa festum Natiuitatis beate virginis Marie.

ɔ Uena Cephalica a capite habet principium et per illam venaz transit alia vena que mus nuncupatur que aliquādo inciditur loco cephalice per negligētiam: et talis incisio importat tumositatem et propinquam mortez. Sed incisio vene cephalice valet cōtra fluxum oculorum: et contra omnes dolores capitis: et etiaz incisio vene predicte valet contra caducuz morbum: et incisio ipsius bona est sequēti die post festum sancti Ambrosij seu in nonis Aprilis.

ꝑ Due vene in occipite ex vtraq; parte valent cōtra querelaz capitis inani: et stuporez mētis: et amissionem rationis.

aa Uena in concauitate aurium ex vtraq; parte valet contra tremorem capitis: et contra tinnitum aurium: etiam valet contra nouellam surditatem.

bb Due vene in timporibus valent contra dolorem aurium: nimiam effusionem lachrymarum de oculis: et contra emigraneam: et ƀm Auicēnam nō debent minui in quibus requiritur potentia generādi: quia per istas venas euacuatur spiritus: qui a natura missi sunt ad fetum generandum.

cc Uena in angulis oculorum in quelibet parte valet ad clarificanduz visum: et contra omnes fluxus et maculas oculoruz: et maxime albulam et nebulam: et palpebre inuersionem.

¶ Ista tabula tractat de iudicijs venarum ⁊ de mi nutionibus earundem vna cum cautelis.



Minutio alia per metatesiz: alia per antifrasim. ⁊ si sit inueterata passio fiat minutō per metatesiz. Si vero recēs per antifrasiz. per metatesim debet fieri quando ex eadē parte in qua est egritudo extrahitur sanguis per antifrasim fit quando ex cōtraria parte fit minutio seu fleubotomia quod est idē. Considerandum enim est an materia fuerit furiosa vt in antrace per metatesim:tunc debet fieri minutio. Similiter si quis punctus fuerit ab animali venenoso per metatesiz minuatur. Sed quia iuuenes humidant calidis humoribus:in horum calidorum humorꝫ causa debent fleubotomari. Cū igitur sanguis humidet ante tertiā ⁊ colera inter tertiam ⁊ nonā ⁊ ipsi iuuenes in his horis debēt fleubotomari. Si.n. humides frigidis humorib⁹ ⁊ maxime melancolia in hora melancolie.i. post nonam. preterea vt ait Galienus in tegni. Si quis habet stomachum debilem cauere debet fleubotomiaz ⁊ maxime de venis que sunt implicatiuis brachiorum. Et nota ꝙ luna non sit in medio geminorum quādo minuitur de ipsis venis implicatis ipsorum brachiorum neqꝫ etiam super spatulas vētose debent apponi. Et si sanguis exierit niger tollatur vsqꝫ sit rubicūdus. Si spissus vsqꝫ sit rubicūdus:⁊ vsqꝫ ad tenuitatē. si aquosus vsqꝫ ad grossiciem. Et si sanguis non pōt exire:clauso.n. fleubotomie vulnere cū digito postea subito cum maiore ipetu exit sanguis ⁊ fumosus. Cautela alia.



In fleubotomia quatuor pōt attendi scilicet: tempus consuetudo : etas ⁊ virtus. in tpe calidissimo nō dꝫ fieri fleubotomia:qꝛ humores sunt pturbati:⁊ sic exirēt ita cito boni sicut mali. nec in tpe frigidissimo qꝛ humores sunt cōpacti in corpe ⁊ difficiles ad educēdū ⁊ citius exirent boni qꝫ mali. In noua vero luna non dꝫ fieri fleubotomia:qꝛ corpora sunt ab humorib⁹ euacuata sed p fleubotomiā magis euacuarent. Cōsuetudo dꝫ attēdi. si senex nō consueuit fleubotomari nō minuat pp consuetudinē ⁊ debilitatem. Etas etiā est attēdenda quoniam ante duodecim ānos nullus dꝫ fleubotomari neqꝫ senex senio cōstitutus. Tamen sunt qdam fortes ⁊ vigorosi ⁊ tales pñt magis minui: virtus.n. cōsiderat maxime : fortes enim minui debēt: debiles vero nō: vñ virtus ⁊ etas magis attēduntur qꝫ tempus ⁊ consuetudo.

¶ Ista conueniunt fleubotomiato.



Fleubotomiato ista cōueniūt. panis fermentatus benecoctus triticus vinū leue qð stomachū nō grauat oua sorbilia pisces aspratiles ⁊ carnes porcine ouine arietine pulline. Iuuenū bestiarꝫ parua poma q̄ tūc reperiūtur: caules nō comedātur: qꝛ generant venenū in stomacho neqꝫ caseū nec aliqua q̄ de eo cocta sūt. Ait nāqꝫ Galienus Ipocra. ampho. lxiiij. pticule qnte. lac dare febricitantibus vel caput dolētibus pessimū est: ipsa die somnū vitetur. Nam p somnū solet q̄dam parua accensio febriū accēdi ⁊ lippothemiā incurrere. i. defectū cordis vel tenebrositatem oculorꝫ vt quibusdam extasim pariat.

¶ Utilitas fleubotomie.



Fleubotomia.n. mentem sincerat: prebet memoriā: sensum subtiliat: vocē subtiliādo clarificat: lumē acuit: auditū tēperat: digestionē puocat: stomachū adiuuat: sanguinē malū expellit: naturā cōfortat. Et cū ipsa malos humores extirpat. Et lōgius vite sanitatez āministrat. vnde ait Auicenna quarta primi. capi. xx. in principio. Fleubotomia est vniuersalis euacuatio oīum humorum: laborans ex sinotho. i. ex nimio sanguine vel ex sinothio. i. ex sanguine putrefacto statim minuatur omni tpe cōi nisi ꝙ luna fuerit in medio signo geminorum. Dicitur autem a sinos qð est febris ⁊ nocha qð est sanguis versus. Sinocha de multo: sed sinochus putrefacto.



Laborans effimera contra sinotham inflatam minuat de vena madiana ⁊ de vena cordiaca dextri brachy in estate. sinistri vero in hyeme. ¶ Effimera eniz est febris que durat per vnum diem vel parum plus vel parum minus. ¶ Laborans effimera ex causa calida vel ieiunio minuatur de vena capitis vtriusqꝫ brachij. ¶ Laborans effimera ex ieiunio ⁊ frigiditate caueat minutionem. ¶ Laborans ex frenesi minuatur de vena capitis vel de vena in medio frontis. ¶ Laborans effimera ex debilitate minuat cum setis porcinis de naribus suis. ¶ Laborās effimera ex litargia minuat inter medium ⁊ auriculare. ¶ Laborans ex squinantia minuat de cephalica vtriusqꝫ brachij. ¶ Laborans effimera ex apostemate minuat de vena veniēte ad auricularem digitum. ¶ Laborans effimera ex pleuresi minuat de vena cordis per metatesim hoc est si pleuresis sit in sinistro latere fiat minutio in sinistro brachio. Et si pleuresis in dextro fuerit brachio seu latere: tūc fiat minutio in dextro latere vel brachio. ¶ Laborans ex quotidiana interpellata minuat de vena mediana id est ð vena cordis. ¶ Laborans ex quotidiana ex vtroqꝫ flegmate minuat de vena dextri brachij in estate. sinistri vero in hyeme. ¶ Laborans ex flegmate salso cum pruritu fiat scarificatio in tibijs. ¶ Laborans ex tertiana minuat de basilica id est de vena epatis dextri brachij in estate. sinistri autem in hyeme. ¶ Laborans ex quartana minuat de saluatella sinistre manus inter mediū ⁊ auricularem. ¶ Laborans ex quacūqꝫ acuta minuat de basilica vsqꝫ ad quartum diem. ¶ Laborans ex febre ethica minuat de mediana. i. de cordiaca. ¶ Laborans ex ydropisi quacūqꝫ minuat de vena epatis dextri brachy in estate. sinistri autez in hyeme. ¶ Laborans ex ictericia de basilica vtriusqꝫ brachij in estate ⁊ in hyeme. ¶ Laborās ex melancolia inania ⁊ frenesi minuat de vena que est i medio frōtis. ¶ Laborans ex epatis calefactione minuat de basilica dextri brachii. ¶ Laborans ex vitio splenis minuat de saluatella sinistre manus. ¶ Laborans ex vitio renum matricis ⁊ vesice minuat

de saphena interiori idest de vena que est sub talo interiori vtriusq; pedis. ¶ Laborans ex ventositate ⁊ inflatione incidatur vena que dirigitur ad pollicem vtriusq; pedis. ¶ Laborans ex partibus inferioribus minuat de saphena interiori ⁊ exteriori pedis. ¶ Laborans ex sciatica minuat de saphena exteriori pedis partis dolētis. ¶ Laborans ex podagra minuat de saphena ⁊ de basilica interiori ⁊ exteriori vtriusq; pedis.

¶ Remedium.

¶ Contra inflationem venarū post minutionem. Recipe rutam absinthium ⁊ ordeum hoc totū cōtunde: ⁊ in patella calida cōfice ex illis ad modū emplastri ⁊ liga super tumorem ⁊ sanabitur.

¶ Aliud remedium.

¶ Contra debilitatem venaꝝ cum homo senserit ꝙ est piger ⁊ grauis in toto corpore ⁊ plenus doloribus ante ⁊ retro ī capite suo talis minuat sanguinē de vena epatica q2 mirabiliter ꝑ hoc curabitur. Super isto dicit Galienus q2 generat humores pessimos in sanguine illo: intrinsecus sanies ⁊ vlcera magna generātur ⁊ oriuntur si cito minutio nō occurrat ꝑ venas naturales. Et quasi eedez vene naturales nō recuperātur q2 sunt debilitate per naturaz īmundam hominis sine imminutiōe q2 sunt obstructe sanguine malo. Ideo aperiri debent alis destruerētur: sicut auꝝ q̄z diu sepelitur ⁊ calidatur in igne. Taliter etiam homo destruitur si sibi minutione mediāte non succurratur vel aliis medicinis. Itē dicit Ipocras amphorisma prima ꝙ homo nimis languoribus debilitatus per minutionem sanabitur ⁊ dissoluitur.



Si igitur tempus bonum fleubotominandi ꝯm electionem ⁊ nō necessitatem quātum ad locum lune ⁊ nō aliarum planetaruz quod tamē est necessariuz pro tempore multo bono ⁊ laudabili optas scire. Nota primo regulas generales. Prima in tempore nouilunii et plenilunii nō valet fleubotomia. Et si luna nō fuerit in bono signo. item incidere mēbrū cum ferro luna existente in signo illud mēbrū respiciente horrēdū est. item luna existēte in signis aeris vel igneis plus valet operatio vene q̄z ipsa existēte in signis terrenis vel aquaticis. Quapropter iuuenes vel viri in augmēto lune sunt fleubotomādi. senes vero in defectu versus. Luna vetus veteres: iuuenes noua luna requirit. item tpe veris ⁊ estatis fleubotomia fieri debēt de parte dextra. Tēpore autem autūni et hyemis de pte sinistra. versus. Ver estas dextras autūni hyemis quoq; sinistras. Incidūt venas morboso sanguine plenas. In se vel iuuene si sint vene sanguine plene. Omni mense bene confert incisio vene.



Cum igitur quātum ad signū lune tēpus minutiōis scire volueris tūc predicta videas quādo luna fuerit in signo bono ⁊ valente pro minutiōe tūc ipso die minutio erit bona. Stante illo ꝙ eodē die nec sit nouilunium nec plenilunium: ⁊ sic de aliis regulis ꝓut dictum est obseruatis. Et si potes aspectum lune ad alios planetas ⁊ ascendētia cōseruare bonū erit. Nam stat ꝙ luna sit in bono signo. sed forte coniuncta vel aspecta aspectu malo a saturno vel a marte. Et si quidem ex parte signi lune valet apertio vene. tamē ꝓpter coniūctionem vel aspectum nō valet. Si tamē hec oīa haberi nō possunt: habeatur tamē luna in signo bono ⁊ satis ad presens erit: pro tpe electionis: ⁊ iste sunt regule astronomicales.

¶ Medicinales vero sunt alie multū necessarie que alibi videri debēt: obseruentur tamē iste. Primo ꝙ aer filius diei sit clarus temperatus: nō multum frigidus: aut calidus: nō turbidus: aut pluuiosus: aut corruptus. versus. Jan. feb. april. maii noue. sep. atq; decēber. versus. His minue venam lunam dum videris aptā. In his festis cōmuniter celebraī fleubotomia.

¶ Item alii versus. Martini Blasii Philippi Bartholomei. Venas precidāt vt longo tempore viuāt. In his metris continentur festa circa que festa ꝓprie cōtingit fieri cōiter fleubotomia. Non ꝙ semper valeat in illis festis sed proprie illa festa.

¶ De iudicio cruoris.

Ad iudicandum cruorem de vena āmissuz. Primo si est spissus male se habet circa pectus. Si flaueus male circa splen. Si glaucus male habens circa iecur. Si aūt durus ⁊ niger nimis timuisti. Si est rufus habēs nigrum circulum est causa debilitatis capitis. Si autē est rufus niger durus ⁊ coagulatus time paralisim. Si autem est niger ⁊ aquosus nimis time febres q̄rtanas. Quādo enim est aqua inferius ⁊ aqua superius tūc ydropisim. Cum aūt est cruor valde rufus ⁊ parum aque habens superius hilarem vultum facit: ⁊ est signum sanitatis.

Versiculos nota quibus cernes experimenta.
Sanguinis emissi de venis ordine tali.
Si cruor est albus hominis quasi spuma repertus.
Tussim designat: pulmoni doloriq; paratur.
Et si ceruleus sanguis fuerit speculatus:
Est de feruore: tunc dolor in iecore.
Sanguis preterea ⁊ nare videtur in vnda:
Fisicus hunc hominem pati dicit lapidem.
Si siccus sanguis fuerit variiq; coloris:
Et velut collum columbi sit rubensq;:
Talem paralisis vexat vbiq; satis.
Si sanguis pure pellis dinoscitur esse:
Inter cutanea pestis ibi tunc dominatur.
Si natitant globuli tunc fiant vulnera causam.
Si rufus pulcher sit ⁊ vnda parumper.
Est talis sanus non tibi sit iste dubius.

¶ Debet autem minutus sibi cauere maxime in primis trib⁹ dieb⁹ a supfluo cibo ⁊ potu aut forti exercitio. i. labore ⁊ supfluo sōno maxime in prima die: tristitiaq;: ⁊ sollicitudīe: hec. n. sanguinē corrūpūt ⁊ in genus melācolie cōuertūt. Quartoq; die vel q̄nto postq̄ vult⁹ solidatū fuerit. balneuz ītrare ⁊ tpate ibidē manere iuuatiuū est: fiat autē ipso die existēte ī balneo moderata ⁊ suauis fricatio circa corpus: exiens autem a balneo caueat sibi a frigore: immo oportet vt inuolutus sudario ⁊ sufficientibus operimentis vestitus maneat in domo temperati aeris. Versus.

Prima dies vene gaudet moderamine cene.
Altera leta dies: tertia vero quies.
Postq; dies quartus cunctos exterminat actus.
Hincq; dies quintus virtutes colliget intus.
Balnea sexta petit: sed septima vult spaciari.
Precipit octaua ludere cum domina cara.

❡Sequitur de.xij.signis zodaici:⁊ ꝑmo de ariete.
❡Luna existente in ariete bonū ē sanguinē minuere de brachiis.balneū itrare.scribere icipere. Fenū falcare. Ad mercādū ire.forameē cemēti incedere. Et oia quecūqꝫ igne fiūt bonū ē opari:malū ē medicari. Turrimꝫ ⁊ castrū vel domū edificare incipe: nō ē bonū sanguinē de manibꝰ minuere nec vētosas ponere debes.

Taurus.

❡Luna existēte in tauro bonū est sanguinē minuere:hortos facere:seminare vineas.⁊ arbores plātare. Nam cito crescūt ⁊ multuꝫ durabūt: bonū est mansiones edificare:vxorē ducere:⁊ oia lignea opa incipere:bonū ē terras emere sicut agros ⁊ hmōi:⁊ arare incipere:malum est medicare collū:oculos: guttur:⁊ vngulas.

Gemini.

❡Luna existente in geminibus bonū est incipere ea que ptinēt ad duo.s.ad matrimoniū: ad societatem:de amicitia tractare:bonū stabilia facere. Incipere plantare. Ire ante iudices:malū est medicare in humeris:scapulis:brachijs:vlnis ⁊ manibꝰ: seu vngues de manibus incidere. Item icipere minuere de brachiis:bonum tamē potionem sumere.

Cancer.

❡Luna existente in cācro bonū est sanguinem minuere ⁊ medicinā sumere:⁊ facere ea que cuꝫ aqua fiunt vt sunt:molēdina:piscine:⁊ aqueductus:itrare nauē:iter accipere:nouā domū intrare:⁊ mutare de vna domo in aliaꝫ:⁊ vxorē ducere:⁊ bestias minatas emere:vt porcos:oues: capras:⁊ cōsimilia. Malum ē medicari pectus:pulmonē:⁊ splenē:⁊ domū edificare.

Leo.

❡Luna existēte in leone bonū est icipere ea q̄ cum igne fiunt:fundare castra:domū intrare:loq potestatibus seu principibus:cōfirmare matrimoniū. malum est medicari stomachum:Cor:⁊ pectus:latera potionem ⁊ medicinā sumere. Malū est etiaꝫ medicari Epar ⁊ omnia interiora iter longū incipere nouā vestē induere.

Virgo.

❡Luna existente in virgine bonū seminare:⁊ colere terram:⁊ plātare vineas:⁊ arbores:⁊ hortos facere:scribere incipere:⁊ oia operari que vis geminari: tractare pacē:induere nouā vestē. malū est medicari ventrē ⁊ omnia iteriora vētris. malum etiam est vxorem ducere qꝛ sterilis erit aut paucos filios generabit:locū mutare:⁊ facere ea que cum igne fiūt. sed medicinam sumere multum laudabile est.

Libra.

❡Luna existente in libra bonum est sanguinem minuere:rōneꝫ ponere. Emere vendere pōderare oia que sunt ponderabilia. malū est medicari interiora ventris. Renes ⁊ vesicam ⁊ ea que sunt vsqꝫ ad pudibunda:⁊ oia incipere facere que cum terra fiunt.

Scorpius.

❡Luna existēte in scorpione non video q̄ sit aliq̄ bonū facere:qꝛ tūc est in suo casu ⁊ īfortunio. Ideo ipsa debilitatur ⁊ impeditur in bonis opationibus tn̄ bonū est balneari ⁊ ea facere q̄ cū aqua ⁊ de aqua fiunt. Maluꝫ est medicari mēbra virilia vt preputium:anū:vel aliquē vulneratū:arborem ⁊ montem ascēdere. Iter facere ⁊ ꝑcipue per terram vel per nauim.

Sagittarius.

❡Luna existente in sagittario bonuꝫ est sanguinem minuere:balnea intrare:caput radere:capillos precingere:discordes reconciliare: copulationem inter amicos facere:societatem firmare:puerum ad artem applicare:matrimoniuꝫ intrare seu ordinare:sed nō pficere qꝛ sterilis erit vxor in pueris ⁊ superba. bonum est facere omnia que pertinēt ad cōstructioneꝫ domoꝝ:terram colere:⁊ hortos facere:maluꝫ est facere medicari coxas:femora additiōes mēbrorum.

Capricornus.

❡Luna existente in capricorno. bonum est facere ea que cum terra ⁊ de terra fiunt vt seminare ⁊ vineas plantare venari aucupari:⁊ omnia instabilia exercere. Iter incipere versus meridiem. malum est vxorem ducere:⁊ facere ea que cū igne fiunt. Non est bonum minuere nec potioneꝫ sumere:nec in genubus nec in neruis facere medicinam:nec in aqua laborare.

Aquarius.

❡Luna existente in aquario bonū est vxorē ducere intrare domū. Iter incipere ad oriētem loqui platꝰ ⁊ oibus aliis dignitatem habentibus. maluꝫ est medicare tibias ⁊ cetera vsqꝫ ad cauillas pedum. Iter longū incipere.

Piscis.

❡Luna existente in piscibus bonuꝫ est sumere medicinam ⁊ potionem. Et quicquid pertinet ad geminationem vt amicitias tractare: rōnem ponere: vxorem ducere. Et ea facere que ad aquam ptinēt vt molendina ⁊ aqueductus. Iter per aquas icipere:⁊ fundare ecclesias ⁊ alia edificia. malum est pedes medicari ⁊ omnes partes eorum.

Taurus Virgo Capricornus.	frigida ⁊ sicca
Cancer Scorpio Pisces	frigida ⁊ humida
Aries Leo Sagittarius	calida ⁊ sicca
Gemini Libra Aquarius	calida ⁊ humida

❡Et nota ea q̄ dicta sunt d̄ fleubotomia de.xij. signis zodaici debent intelligi solum ꝫm motū lune:⁊ non alioꝝ planetaꝝ quo ad tempus electionis pro sanitate conseruanda:nō aūt ad tempus necessitatis igitur nec signū nec horum considerare:qꝛ indigenti nulla lex est imposita. Indigēs igitur aut expectare dꝫ:sed minuere in nomie domini nostri Jesu xpi duꝫ necesse est:⁊ oꝫ. versus.
Ar li de vena bene fundunt vena sagitta.
Can ca pi s vir media cetera dico mala.

Fleubotominandū est omni tempore si necessitas vrget:⁊ maxie luna.iij. viij. xi.xiij.xvi. xvij.xxij. xxiij.xxvi. Quia tūc minutio melior est q̄ꝫ alijs diebꝰ. Item sanguinem minuere vtilissimum est ab.viij.kal. Julij vsqꝫ ad.xv.kal. Augusti: qꝛ tūc crescit ⁊ augmētatur sanguis. Dies caniculares ītitulatur a.xv.kal. Augusti vsqꝫ ad nonas septembris in qbus nō est fleubotominādū: nec potio est accipiēda. fleubotomia nō est vtilis ab

viij. kal. octobris vsq3 ad. viij. kal. octobris vt nociuos humores quos estiuũ tempus cõtraherat: Autũnus deperdat ⁊ sicca colera vsq3 ad scdm autumnum securus eris.

S Anguinem non minuas nec de ansere comedas: neq3 potionem sumas. viij. ⁊. ix. die April. ⁊ kal. Augusti: ⁊ vltima die Decembris presertim ⁊ vltima die Junij: quia tunc vene nimis plene sunt Ideo in hominibus ⁊ pecudibus fleubotomie incisis vel alijs animalibus vulneratis periculosum est: homo etiam qui in istis diebus natus est vel fuerit: aut morte mala: aut maximo labore peribit.

¶ Item die Januarij vltimo ⁊ Februarij vult primo: homo qui natus fuerit post mortem suã nũq̃ putredine soluetur. Et nota q̇ homies sani de mane habent vrinam albam. Ante prandium rubeã. Post prandium candidã. Et ante cenam calidã. Cauendum est etiam summe ne aliquis in subnotatis diebus minuat: quia pericula ex hoc eueniũt infrascripta. Si sexto kalendas Januarij aliquis sanguinem trahit: aut moritur infra annum: aut visus: aut alius sensus ei minuetur: aut febre capiet. Si octauo kalendas Februarij: aut mortem aut spasmum cordis: aut paralisim patietur. Si pridie kalendas Martij: aut moritur: aut spasmum: aut paralisim: aut febrem sucurrit: etiam si quis quocũq3 die alio in predicto in Martio minuetur ille in Augusto febricitabit. Si tertio idus Aprilis: aut statim aut quarto die morietur: aut patietur febrem: aut spasmum. Si tertio vel quinto kalendas Maij: aut moritur aut febres incurrit: aut dissolutionem mentis habebit. Et si primo nonas Maij: aut moritur: aut emigraneam patietur. Si tertio idus Junij: aut epilensiam: aut elephantiam incurrit. Si Octauo kalendas Julij: aut moritur: aut in extasim vertitur: aut in iecore dolebit. Et si quinto nonarum Julij: aut moritur: aut obliuiosus erit: aut viscera in frigora sustinebit. Si nono kalendis Augusti: aut statim: aut quinto die moritur. Et si eodem die potionem sumpsit ante trigesimam diem morietur. Si tertio kalẽdas Septembris: aut infra annum morietur: aut frenesim patietur: aut visus oculorum eius extinguetur: aut scabiem: aut pruriginem: aut sudorem fetidum sustinebit. Et si tertio nonas ipsius Septembris: aut moritur: aut spasmum habebit. Si duodecim kalendas Octobris aut moritur: aut ebetudo sibi occurrit: aut icteritius erit.

¶ Sequitur de duodecim mensibus.

¶ De Januario.

J Niano claris calidis cibis potiaris.
Ne tibi languores sint aptos sumere liquores.
Nec minui cogita: ꝯtraria fercula vita.
Balnea sint grata hec potio sit moderata.

¶ Februarius.

Signitur occulta februo febris tibi multa.
Si comedis betam necnon aucam vel anetam.
Potio sumatur: in pollice tunc minuatur:
Frigida vitentur sed balnea sana videntur:

¶ Marcius.

Marcius reserat humores: gignitq3 dolores.
Sume cibum pure coctana si placet vre
Balnea sint assa nec dulcia sint tibi cassa
Uena nec habenda nec potio sit minuenda.

¶ Aprilis.

Se probat in vere vires aprilis habere.
Cuncta renascuntur pori tunc aperiuntur.
Vincq3 scalpescit corpus sanguis quoq3 crescit.
Ergo soluatur venter cruor et minuatur.

¶ Maius.

Maio secure laxari sit tibi cure.
Scindatur vena sed balnea dentur amena.
Cum validis rebus sint balnea seu speciebus.
Potibus astricta sit saliua cum benedicta.

¶ Junius.

Qui vult solamen iulio ꝓbet hoc medicamen.
Uena non cedat: nec ventrem potio ledat.
Somnum compescat: ⁊ balnea cuncta pauescat.
At venerem vita sit anetum saluia tuta.

¶ Augustus.

Quisq3 sub augusto viuat moderamine iusto.
Rare dormitet: frigus coitum quoq3 vitet.
Nec minui cogita: contraria fercula vita.
Potio vitatur: ac lotio nulla paratur.

¶ September.

Fructus maturi septembre sunt valituri.
Sed pira cum vino: panis cum lacte caprino.
Atq3 diuretica potio tibi fertur amica.
At venam pandas species cum semine mundas.

¶ October.

October vina prestat: valetq3 ferina
Necnon ancina caro conuenit ⁊ volucrina.
Quantum vis comede: sed non precordia lede.
Quãuis sit sana tamen est repletio vana.

¶ Nouember.

Ista nouembre datur tibi regula medo bibat.
Si vita queritur mel ⁊ zinziber comedatur
Balnea cum venere tunc nullum constat habere
His vir senescit ydropisis quoq3 crescit.


¶ December.

Sane sunt membris calide res mẽse decembris
Caulis vitetur: capitalis vena seccetur
A frigore caput tegas vt sanus bene degas.
Ne nimis egrotes cinamoma repuntica potes.

¶ Aries in prima constitutione cepit videre: hoc est q̇ hominis caput habere dicitur.
Taurus: habet collum ⁊ guttur.
Gemini: spatulas vsq3 ad manus.
Cancer: pectus ⁊ pulmonem.
Leo: stomachum.
Uirgo: epar: ⁊ intestina: ⁊ circa ventrem.
Libra: renes. anchas: ⁊ vesicam.
Scorpius: circa verebunda: ⁊ vasa seminaria.
Sagittarius: coxas.
Capricornus: genua.
Aquarius: tibias.
Pisces autem pedes.

¶ Et ita membra humani corporis per signa super celestia diuiduntur.

¶ Luna existente in signo membri patientis nullum medicamen facias illi membro.



Aries est signū mensis martij. Malum est mederi in capite et tunc qui in capite percutitur: aut moritur aut remanet lesus.
Taurus est signum mensis aprilis. Malum est mederi oculis collo et gutturi: ac gargarismuz facere.
Gemini est signū mēsis mai malū est mederi spatlis brachijs: et manib⁹ sicut dorso cmis
Cancer est signū mensis Junij. Maluz est mederi pectori. splení. pulmoni et oculis.
Leo est signū mēsis Julij. Malum est mederi: stomaco: cordi: neruis: lumbis et dorso.
Virgo est signum mensis augusti. maluz est mederi vētri: colō: et diafragmati.
Libra ē signū mēsis septēb. malū est mederi iferiorib⁹ vetri. Sic femori anchis et pius et q̄ sūt iferi⁹ ad pudi.
Scorpius est signū mēsis octobris. malum ē medēi virilib⁹ mēbris sicut testiculis vulue vesice: et ana.
Sagittarius est singum mensis Nouembris: et malum est mederi coxis: natis et posterioribus.
Capricornus est signuz mensis decembris. malum est mederi genibus et eorum neruis.
Piscis est signum mensis februarij. Malū est medicari pedibus et neruis eorū et doloribus podagre: et his similibus.
Aquarius est signuz mēsis Januarij. malum est mederi tibijs et cruribus.

Litargia
Cephalica
Casus capillorum
Camphilargia.
Totū i frōte añ ꝛ retro
Omnis calor de humo
re de ambulatorio ꝛ de
ventositate que vagan-
tur de loco ad locum.

Vngues mali

Secundina est quedaz
membrana in qua ia-
cet puer in matrice.

Ictericia. siccitas hu-
mor lepra morphea pa
ralesis ex frigida causa
vel calida frigus cōstri-
ctio pororum.



Melancolia
Mania
Frenesis
Menopeya
In fronte ante et retro
Emptoica.
Empima
Pleuresis
Ptisis
Fluxus reumatis
Fluxus oculorū

Vngues mali ꝛc.

Sequit̄ ordiarie in infra-
scriptis circulis de cōcep
tiōe quō mulier volens
cōcipe se hēre ōbeat mu
lier cōcipe volētes vide-
at ne matrix sit hūorosa
nimis nec nimis sicca
nec feruida nec nimis fri
gida seruato ordine mē
struali pregnationis nec
habūdās varijs liquori-
bus vl' albis sꝫ sanguine
is ꝛ nec plurimis ꝛ nec
paucis sitqꝫ mulier faci-
lis digestionis et ꝯserue
tur corpus intemperie.

Diafragma ē pellicula
diuidens nutritiua a spi
ritualibus

Ictericia siccitas humor
lepra morphea palesis
ex frigida cā vel calida
frigus ꝯstrictio pororū

Notanda sunt aliqua signa cōceptionis ipsius mulieris. Primuz.n signū ē q ex pte coitus cognoscit̄. Si.n.mulier qñ fuit in coitu cū viro post coitum frigus sentit ꝛ dolores in renibus signum est cōceptionis. Itē si color faciei vltra modū ꝛ ſm morez solitum est mutatus signū est cōceptionis. Itē si ali qua cibaria cōcupiscit sicut terrā vel carbones: signum ē conceptionis. Itez si vis scire vtrū masculus vel femina ē cōcepta si color faciei ē rube' leuis ꝛ venter in dextra pte tūc scit ꝛ rotūdat̄ ꝛ lac de mamillis spissum ꝛ bene co ctum ꝛ digestuz exierit: ꝛ si ponatur sup aliqđ corpus bene pollituz ꝛ tersuz ꝛ non diuiditur secundum partē: sed constabit tunc est masculus.

a ¶Quando mulier dolet vbera. Recipe plantaginē 7 cōtunde bene 7 super vbera liga: vel recipe cepe 7 pista 7 cōcute cum antiqua axungia: sed prius axungiā mitte in aquā vt sal extrahat 7 postea emplastra super mamillam.

b ¶Si mulier lactans puerū deficit lacte bibat medonē 7 ceruisiam iuuenē 7 ꝑncipaliter caueat ne bibat vinum: simul excoquatur feniculum cū semine suo in iuueni ceruisia 7 suaui 7 bibat illō 7 comedat etiā illud semē feniculi 7 abūdabit in lacte copiose. Sera. Coli. Ysaac. Haly. Plinius li. ij. caplo. iij. Itē accipiat pulegiū 7 misce cū vino 7 da bibere nutrienti puerꝝ omni die 7 habebit lac copiose. Macer. Item menta de mane comesta ꝓdest mulieribus pueros lactantibus.

c ¶Ad expellēdum fetū de muliere nouiter cōceptum. Recipe castoreū 7 coque in vino vel in braxis 7 bibe mane 7 sero et exiet si erit masculus. Si aūt femella fuerit nullo modo expellens eam.

d ¶Cōtra hoc quando secundina post partū nō educitur tunc pulueriza lapidē q agates appellatur et da in potu. Item fac subfumigationē cū pennis gallinaꝝ et fac eam desuper sedere ꝙ ad se recipiat fumū et curabitur. Item semen plantaginis post partum mulier bibat in potu assidue et deducit secundinam.

e ¶De cōceptione Embrionis primo mēse fit coagulatio sanguinis: scdo expressio corporis: tertio mense fit cōnexio corporis et anime: quarto accepit vngulas: quinto accepit similitudinem patris vel matris: sexto facit neruorum ꝯtractionē: septimo medulla cōsolidat: octauo ossa et nerui cōfirmant: nono naturam mouet et infans oium rerum beneficijs imple ex tenebris ad lucē veniet.

f ¶Ad libidinē excitandū. Accipe succi verbene duos ciatos et grana piperis. xij. et fel hircinum vel alterius animalis quātum tibi videt hec tria cū melle simul cōmisce vt sumi possit et serua et cum opus fuerit da cum vino bibere. Item renes ceruí decoquant cū vino bono 7 bibe quando volueris 7 videbis mirabilia.

g ¶De exitu fetus in quo mēse habebat bene suū exitū vl' egressū. Si. n. in octauo mēse hꝫ egressū sic raro viuit. cā huius est ois fetus naturaliter tēdit ad ortum in septimo mense: si tunc in octauo quiescit a labore quē habuit in septimo. Si vero in nono mēse exit sanus ē: qꝛ quieuit a laborib' vt dixi: sed si statī in octauo exierit nō viuit. Rō qꝛ debilitatus ē p laborē septimi mēsis 7 nō quieuit.

h ¶Per quē modum puer exit de vtero nota: qbusdā. n. mulierib' plus accidit dolor: qbusdā minus accidit ꝙ fetus aliquādo ꝓtendit manum vel pedem in egredīēdo: 7 hec oia nociua sunt: 7 sic tunc obstetrices diligēter itrudunt fetum: 7 ex isto maximus dolor generat p quē plures mulieres nisi sint valde fortes debilitant vsqꝫ ad mortē sic tunc mulieres bene 7 expte in hoc ope debent haberi: qꝛ quedam obstetrices vtunt quodā vnguento quo vngunt vuluā mulieris: 7 tunc fetus exit liber. 7 scias: qꝛ fetus naturaliter caput protēdit in exitu 7 hoc valet.

i ¶Ad mēstrua ꝓuocanda viola cū myrrha ponat in vno vase 7 repletū vas aqua pluuiali ponat ad bulliendum: sed vas ita obstrue ꝙ fumus nō possit exire sicqꝫ coquat cōtinue p septē horas 7 excipe ollā de igne: 7 mulier recipiat fumū seu vaporē p inferiora qn̄ calidius sustinere potest hoc medicamē facit ēt ad eas q̄ nunꝙ habuerūt menstrua. Accipe absinthium 7 rutam 7 decoque in vino: 7 adde quinqꝫ grana piperis 7 bibat.

k ¶Cōtra nimiū fluxū mēstrui. Cortex Iuniperi tritus cū vino vel aceto: 7 fructus ei' appositus vel comestus cōpescit mēstruū. Itē lac asine sumatur cum melle 7 felle leporis vel ēt lac asine cum ysopo sumptū decoctū ꝯpescit mēstruū. Itē cinerem rane viridis in saculo secū portet: 7 nihil amittit de sanguine kir. Et si volueris ꝓbare liga puluerē ꝑdictū ad collum galline: 7 post vnum diem iterfice eā: 7 nō exibit sanguis de ea.

l ¶De purgatiōe mrīcis petrosiliū potui ipositū: 7 da bibēdū mulieri matricē ei' bene purgat ysaac. haly. vel ēt recipe radicē violaꝝ vna cum folijs: 7 coque bn̄ in ceruisia: 7 da mulieri mane.

m ¶Ad expellēdū mēstruū post ptū. Recipe costā d capite capōis: 7 cōtere i puluerē 7 bibat i potu: 7 calide bibat d illis radicib' videlicet Millefolij 7 hec ad expellēdū mēstruum qn̄ fluit de muliere ꝯtra debitū modū: videlicet post ānos qnquagita. vel pone myrrhā ad pomū scissum: 7 postea claude cōtra: 7 pone sup ipm qn̄ coquit: 7 ibidē assetur: 7 postea sumas 7 da ei comedere cū myrrha: vel ponat abrotanū ad sotbulares 7 ambulet in eis: 7 sanabit.

n ¶Medela mulieꝝ in puerperio verbena illa radix valet mulierib' in puerperio si ipsā circa se seruauerint: qꝛ remouet fantasmata: 7 vexationes magnas nō patient: qetem bonā habebunt: 7 infanti si collo alligat siue manib' nō fatigabit grauedine aliqli: sed fruet qete. q ēt dormire nō pn̄t habeant circa se verbenā: 7 dormient bene 7 qescent. similiter si remote eqtare volueris liga sub coma eque verbenam cū artemisia: 7 non fatigabit equus in equitando.

o ¶De facili ptu mulieris. Recipe radicē Iusgami 7 alliga sinistro femori mulieris: 7 dum facis fac nodū vt faciliter relegari possit: vt mox dū pariet statī soluas nodū: iō vt vitalia seu itestina nō sequant. Itē hoc remedium multas liberauit i ptu. recipe lauri foliū 7 cōmasticatū sup vmbilicū pone: 7 stati piet cū admiratōe exptum ē.

p ¶Mellicratū tali mō fit. Recipe vnū coclear d melle fluxili: 7 tria aq̄ tepide 7 misceant isimul sic det mulieri bibere. Que mulier in partu laborat. Accipiat myrrhā 7 terat: 7 in vinum mittat 7 sic bibatur 7 liberabitur.

q ¶Modo cōtrario. Si femella fuerit cōcepta mulier tunc ē grauis 7 pallida: 7 vēter est oblongus in dextra pte: 7 in sinistra rotundus: 7 mamilla in sinistra pte turgescit: 7 lac magis idigestū liuidum 7 aqum: 7 fusū sup corpus politū diuidit pars ei' aperte sicut aq̄: 7 si lac sup vrinā eiusdē mulieris fuerit fusū natet: 7 sic de alijs. Itē experimētum scio: veꝝ est: 7 exptum. Si concepit vel nō det ei mellicratum bibere: si tunc circa vmbilicum corrosiones habuerit concepit: si vero nō minime. Ipoc. ampho. lx. particule quinte.

r ¶De tpe apto ad ipregnādū maxime adueniente vel determināte ꝑgnationē cum corpus nō

est plenum cibo: neqꝫ deficiens ē cibo: ⁊ vino nō vltra modū sumpto. Incipiēte igitur purgatione minus apta est conceptio: sed cum minuitur in viro: ⁊ muliere: corporis .n. temperantia adiuuat. Galie. iij. teg. tex. commenti. xxxvj.

s ¶ Pigues mulieres minꝰ apte sunt ad ꝑgnādū seu concipiendum: eo ꝙ pudenda non cōueniūt: ⁊ parꝝ locū relinquūt: nec valde tenues apte sunt. Si igitur alique impregnant̄ a malis humoribꝰ expurgent̄: ⁊ ad hoc nil melius ꝙ Theodoricon. Nicolai ⁊ ierapig. ⁊ dyamargariton hoc est cum cognoueris in proximo menstrua venire.

t ¶ Si ex nimio calore fit sterilitas quod signat paucitas mēstruoꝝ cū dolore existēs: ⁊ vlcera pudendoꝝ: ⁊ calor totius corporis dabisqꝫ ei ꝙ mediocriter infrigidant ⁊ humectāt: vt lactucas: maluas: butirꝝ: portulacas: atriplicē. Si aūt os mr̄icis sit aptū dicta stipita: fomēta: ⁊ medicamēta: sicut carnes granatoꝝ lētisci: radix rubi mirtus ⁊ galla. Si tunc torqueat̄ matrix curat̄ cū mollificatiuis.

v ¶ Ad cōcipiendū: viscū qđ in quercu nascit̄ tere cū vino: ⁊ da ei bibere: ⁊ hec deficiēte mēstruo: ⁊ concipiet. Plinius lib. xvi. capi. vltimo. in fine. Item vulua leporis comedat in cibo. Item aqua decoctōis lactuce mane da mulieri infecūde: ⁊ eadem die ad cōceptionē cōuertit̄: ⁊ quando ē ipregnata euomet: ⁊ retinere non pōt. Similiter si lex montanū datū apris vel alijs animalibus ad mā ducandum quando coire voluerint: ⁊ statim concipient post coitum: ⁊ puluis testiculoꝝ verris datus mulieri post menstrua.

x ¶ Si ex pinguibus humoribus nō fit cōceptio purget̄ cū theodoricon ⁊ ierapigra: dabit̄ quoqꝫ superius ꝯriū antidotum in quo mittit̄ euforbiū: piper: ⁊ thus. Cū aūt emēdatio facta fuerit menstruis bene exeuntibꝰ cōmisceant̄ cessante ꝑgnatione ꝙ si ventositas cōceptionē ꝓhiberet his signis scitur in fractiōe hꝫ matricē. his igitur cibis educat̄: primo minuat̄ dabisqꝫ ei anisum: ciminuꝫ: rutaꝫ: anetum: semē feniculi: fenugreci: ⁊ similia.

y ¶ Si vo exclusione matricis ꝯtingit ipediri cōceptioqꝫ. Aperiat̄ cū calida. i. cū apozimate i quo decocta est malua ⁊ semē lini: fenu greci: butyrū: oleū: ⁊ mel: cū fortioribꝰ ⁊ camomillā: in vuluam mitte terbentinā: vitrū: ficus: cassiaꝫ: ⁊ sic de alijs.

z ¶ Alia bona đ cōceptiōe si mulier vel vir bibat spumā quā lepus hꝫ circa os qn̄ rodit herbaꝫ statim concipiet. Item testiculus dexter mustele teratur cum vnguento ypericon: ⁊ cuꝫ lana pessarizet̄ ⁊ coeāt: ⁊ statim cōcipiet̄ kir. Itē da ei bibere de lacte eque: ⁊ illa hora cōmiscere cuꝫ ea: ⁊ concipiet Albertus magnus lib. xxij. cap. Equi. in fine.

⁊ ¶ Ad duꝝ partum da dragmas. ij. diptami cuꝫ aqua fenu greci dias. Plinius li. xxvj. cap. xv. Et nidus yrundinis in aqua lotus: collocatus: ⁊ bibitus: ⁊ fenū grecū appositum cū melle ꝓdest vel diamargariton bibitū multuꝫ ꝓdest. Plinius. xxiiij. cap. xix. Serapio cuꝫ aqua ciceris vel fastelis bibitum ⁊ muscelino ꝓbatum est. Iteꝫ lac alteriꝰ mulieris bibat ⁊ artemisia ad eius vmbilicum ligetur aut ponatur: ⁊ statim ꝑtus exitum habebit.

ꝯ ¶ De facili partu hec est qn̄ fetus est mortuus folia iuniperi cum aqua ⁊ melle decocta: ⁊ bibita fetum mortuū educunt: ⁊ secundinam sanguineaꝫ post partum ejiciunt Haly. Item lac alterius mulieris cum oleo bibitum fetum mortuum educit. Item iaspis hꝫ bonā virtutē ad fetū educēdū. Itē lac caninū cuꝫ vino ⁊ melle bibitū statim expellit fetum. Iteꝫ myrrā cū vino bene tritā ⁊ calefactaꝫ: bibat multum ꝓdest. Auicēna Serapio.

ꝫ ¶ Ad ꝓbandum virginitatē. Recipe semē portulace: ⁊ sparge sup carbones: ita vt illā fumum ad se recipiat: ⁊ si est corrupta videbis mirabilia. vel recipe apium cum radice sua: ⁊ appone capiti ea nesciente.

aa ¶ Nota si ꝑpter humiditatē cōceptio fieri nō potest signa sunt hec: quoniā humectantur in coitu: menstrua sunt tenuiora: ⁊ si multū his sicca fiant dicta supiora membra laborant: ⁊ fricentur vomitum sumant: siccis cibis vtantur os matricis cum stipticis confortet̄: scꝫ cuꝫ apozimate lentisci myrre rosee: balaustie: cimaꝝ rubi: ⁊ gallaꝝ: matrice sicca: tamen existente cōtraria humida fiāt: sicut balnea vnguenta: ⁊ huiusmodi cibi humidi vinum temperatum ⁊ paucum.

bb ¶ Ad purgationē mulieꝝ ꝙ post partuꝫ purgari non possunt. Recipe semen lini: ⁊ contūde ꝑ optime: ⁊ hec decoque cū iuueni axungia: ⁊ da ei ad bibendū. Si vulua mulieris ex coitu inflat̄ sedeat in aqua i ꝙ malua ē decocta ⁊ liberabit̄. Item si mulier nimis luxuriosa fuerit betonicam ⁊ solsequium cum aceto bibat ⁊ cessabit.

cc ¶ Ad restringendū menstrua seu cōpssionē eorūdem experimentū verum tres rubus de plātagine hoc est tres radices cum folijs decoque in aqua fluuiali: ⁊ da potare mulieri patienti fluxuꝫ ⁊ statim stringit absqꝫ dubio. Ad idem aqua rosea potata de sero ⁊ mane stringit supfluum fluxum matricis: ⁊ hoc faciat mulier que nimiuꝫ fluxum patitur ꝑ ebdomadam integram.

dd ¶ De coitu. Nota ꝙ inordinatꝰ coitus impedit fetum conceptū: hoc est quando femella cum viro est in coitu: ⁊ si ipse masculus inordinate iacet similiter ⁊ femella: vt si i latere iacuerit sup femellā: ⁊ vnum pueꝝ generauerit in vno latere curuum: ⁊ in vno pede claudum ⁊ tortuosum ⁊ cā huius est: qꝛ inordinate ꝓcessit coitus ab eis.

ee ¶ Ut mulier abortiuū non patiat̄. Recipe cācrū fluuialē contere eundeꝫ: ⁊ da mulieri in vino veteri bibere. Plinius. xxxij. cap. vj. Nota abortiuum dr̄ qđ adhuc non est ꝑfecte ꝓductum in natura hominis: sed aliquo modo in massam carneam vel materiam lacteam: illud auteꝫ accidit eis ꝙꝫ plurimū: vel qꝛ materia menstruoꝝ corrupta ē vel ꝑ prauum motum per quē matrix rumpit̄ vel per alia mala: ⁊ talia: vel ꝙ frequenter exire laborat in septimo mense.

ff ¶ Quomodo fetus nutriat̄ in matrice. Ipocras dicit māmillas habere quandā colligantiaꝫ cū mr̄ice ꝑ ꝗsdā venulas ꝗs abscindunt obstetrices: ⁊ ꝑ illas lac fluit ad vmbilicū pueroꝝ: vnde falsum est ꝙ dicūt ꝗdam ꝙ puer nutriatur per os qꝛ sic stercorizaret quod falsum est.

gg ¶ Ad cognoscendū si fetus in muliere est sanus vel non si mulieri impregnāte lac fluit đ māmilla significat debilitatem fetus: qꝛ lac ꝫm Aristo. ⁊ Ipo. ampho. lij. ꝑticule ꝙnte: est ꝓpriū fetus sic qn̄ fluit de māmilla signū est ꝙ fetus ex eo nō

nutrit᷑:sic fetus debilitat᷑. Sȝ si mamilla est idurata:tūc puer est sanus:⁊ rō ē qꝛ mēstruū cōuertit᷑ in lac:⁊ tale lac vlterius sufficienter nutrit pueruȝ:⁊ non fluit ex quo oritur feti seu pueri fortitudo.

hh ¶ Ad ꝓbandum sterilitatem videlicet vtrum mulier sit sterilis vel vir. Recipe vrinas amboꝝ rū in duo vasa separatim:⁊ in illis furfures fermenteos:⁊ in cui⁹ vrina vermes fiūt ille vel illa sterilis est. Ad expimentū sterilitatis. Recipe septem grana ordei:⁊ septē grana fabaꝝ:⁊ septeȝ grana tritici:⁊ pone in ollam:⁊ mingat super ea:⁊ si creuerint infra septeȝ dies non est sterilis. si aūt non creuerint est sterilis. Albertus magn⁹ lib. x. tractatus. ij. capi. i. prope finem.

ii ¶ Ut mamille non crescant. Recipe herbaȝ que vocat᷑ vuildinaltem:⁊ contunde bene:⁊ sup mamillas pone. Itē recipe papauer:⁊ decoquas in aqua pluuiali:⁊ intingas lineū pannū ⁊ suppone mamillas ꝑ tres dies:⁊ hoc quanto calidius sustinere potest.

¶ Sequuntur probleumata de membris generationis de matrice:⁊ testiculis seu de secretis mulierum.



Quare aialia coeāt. Rñ. ꝺm Arist. ij. de aia sup illa littera naturalissimū operū. ⁊c. ꝙ pp obseruationes spēi: qꝛ si coitus nō esset oēs sensus dudū defecissent. ¶ Quid sit coit⁹. Rñ. ꝭȝ Auerroyȝ ꝙ coitus ē inectatio maris ⁊ femine ꝑ instrā deputata a nā ad esse specificatū ⁊ ꝯseruādū:ergo dicūt theologi ꝙ qñ coitus fit pp gnationē sibi similis: tūc nō est maxime peccatū. ¶ Quare coitus tpat⁹ sit valde conueniēs. Rñ. ꝺm Auicē. tertio canonis ⁊ cōstantinū in suo libro de coitu:qꝛ primo coitus alleuiat᷑ corpus aīam exhilarat:irā remouet: caput ⁊ sensus ꝯfortat:⁊ aufert multas egritudines melancolicas:qꝛ expellit fumū spermatis a cerebro ⁊ expellit materiam apostemosam:⁊ ergo ꝺm Auicennam vbi supra ex dimissione coitus est tenebrositas oculoꝝ ⁊ vertigo capitis: vnde sperma viri vltra debitū tps retētū cōuertit᷑ in venenū. ¶ Quare distēperatus coitus ⁊ nimis assiduus sit valde nociuus. Rñ ꝑ ꝓdictos:qꝛ destruit visum: corpus exiccat. qꝛ dicit Arist. in lib. de generatiōe animaliū. Luxuria est emissio pura humiditatis ⁊ cerebrum consumit vt exptuȝ est:inducit ēt febres acutas ꝺȝ Auicennā ⁊ maxime abbreuiat vitam. ꝺm Aristo. de longitudine ⁊ breuitate vite. ⁊ Albertus idem declarat de passere q ꝓpter nimium coitū viuit tm̄ tres annos. ¶ Quare vt pȝ per sensum mulieres ꝑ coitum fiunt fortes ⁊ multum formose. Rñ. ꝑ Aristo. qꝛ calor spmatis qui expellit᷑ a viris ꝑ coitum in eis recipit᷑ q calor bȝ ista opari. ¶ Quare melācolicis ⁊ colericis vltra alias cōplexiones vniuersaliter magis noceat. Rñ qꝛ eos multū exiccat cuȝ per se sint sicca: ergo eis ethicam inducit. ¶ Quare flegmaticis ⁊ sanguineis:vt dicit Auicenna valet coitus qꝛ in eis est multum de tali materia quia necessario expellitur a natura. ¶ Cum aristoteles dicit ꝙ omne animal pingue sit pauci spmatis ⁊ seminis qꝛ nutrimētū transit in pinguedinē:⁊ ergo dictuȝ aristotelis itelligit᷑ de ericio qꝺ modicū bȝ spmatis:qꝛ totū vadit in spissitudinem. ¶ Quare femelle oium brutoꝝ non appetunt coitū post ipregnationē. Rñ. ꝺm albertū qꝛ tunc matrix est firma clausa ⁊ menstrua tūc sunt retēta:ergo ēt tūc retinet᷑ appetitus. ¶ Quare tūc mulieres ⁊ eque post impgnationē appetant. vt dicit aristo. viij. de aialibus. Rñ. de mulieribus. ꝺm Gallenū recordabātur ⁊ armabant᷑ ad coitum:⁊ qꝛ mulieres recordātur ad delectationē in coitu ꝓcedente post impregnationeȝ appetūt. Sed de equa rñdetur qꝛ ē aial valde multū comedēs ⁊ digerens:⁊ ergo multū seminis habet ⁊ menstrui i ea generant᷑:⁊ calefaciēs vuluam appetitum ⁊ libidinē ducit. ¶ Quare repleto corpore non ē coeundum. Rñ ꝺm aristo. qꝛ ꝓhibet᷑ digestio. ¶ Quare non fit bonū ventre famelito ⁊ manico. Rñ. qꝛ tunc nutrimētuȝ debilitat ⁊ raro factū ꝑcreat mēbrū. ¶ Quare non sit bonū post balneū imediate. Rñ. qꝛ tunc pori adhuc sūt apti:⁊ calor ꝑ totū corpus dispsus:⁊ ergo coitus sequēs balneū multū frigescit. ¶ Quare post vomitum ⁊ solutionē ventris minime valeat coitus. Rñ. qꝛ valde periculosum ē habere duas purgationes. ¶ Querit᷑ qꝺ sit tempus aptissimā ad coitū. Rñ. digestionib⁹ celebratis:scȝ spaciū mediū inter mediā noctē ⁊ aurorā:qꝛ ꝺm Constantinū valde sanū ē dormire post coitū. ¶ Quar̄ aialia agrestia sunt valde furibunda ante coituȝ vt bruta:vt pȝ de coruis:qꝛ tunc maxime crocitāt:⁊ de asinis qꝛ tūc maxime solēt insanire ⁊ discernere. Et dicit etiam Constantin⁹ auctoritate Ipocratis. Rñ qa tūc oia mēbra sunt accensa ex appetitu venereo:⁊ natura laborat ad expellendū supfluū que incēsio disponit ad iram:⁊ ad furorē:vt pȝ ꝑ aristo. in ꝓemio libri de aia:⁊ ergo post coitū statim fiunt mā sueta ⁊ mitigata sicut agnelli. ¶ Quare homines tpe coitus ēt non fremant. Rñ. qꝛ verecūdia q̄ ꝺm aristo. est prima sensus rōnis non dimittit: sed tamē vt pȝ sensibili oīs vir tpe libidinis:⁊ coitus magis dispositus ē ad iram q̄ȝ alio tpe. ¶ Quare in coitu fit tanta delectatio. Rñ. qꝛ coitus est opus despectū in se in tantū malū ita ꝙ oīa aialia abhorrent ipm:⁊ si non esset tanta delectatio in eo: ergo natura in tali delectatione ingeniose egit. ¶ Quare decisio seminis tpe coitus facit delectationem. Rñ. ꝺm aristo. ij. de aialib⁹. delectatio causat᷑ ex cōicatione cōueniētis cū cōueniēte q̄ bene ē i cōiunctione seminū pp eoꝝ dispositionē adinuiceȝ. Aliter rñ. ⁊ melius:⁊ naturaliter:⁊ qꝛ semē qꝺ deciditur ē talis sic sua caliditate facit titilationem in virga virili:⁊ qꝛ talis virga est venosa:ergo ex hoc magna delectatio recipit᷑. ¶ Quare frequenter coeuntes non habēt tantā delectationē:sicut raro coeuntes pp tres causas. rñ. Primo ꝙ seminis meatus ē bene largus ⁊ amplus: ergo semen ibi facit meatū cuius meatus facit delectationē. Scꝺa cā ē qꝛ in talibus loco seminis aliqñ emittit᷑ sanguis crudus ⁊ idigestus vel alia materia aquosa:⁊ hec non ē calida:ergo non facit taleȝ delectationem.

Quid sit coitus.

Ex coitu utilitas

Intemperat[us] coitus

An mulier an vir in coitu mag delectet

¶ Utrum in viris vel in mulieribus sit maior delectatio in coitu. Rn̄. ƀȝ dictū medicorum. q2 maior est in viris intensiue generaliter semē eorum est calidū. Sed maior est in mulieribus extensiue: q2 ꝓpriū semen emittunt ⁊ aliud recipiūt: ⁊ ergo delectatio coitus est minor: vt dicit Aristo. vij. ethicorum. in ꝑncipio de aialibus. ¶ Quare pisces ēt nō coeūt cū nullus piscator vidit eos coire: vt dicit Aristo. in ij. de generatiōe aialium. Rn̄. ƀm Aristo. ibidē ꝙ imo vere coeunt: sed q2 eorum coitus velox est: ergo nō ꝑcipiṫ per visum. ¶ Utrum coitus possit fieri p os: vt dicūt qdam de cornicibus ꝙ rostris suis de osculando coeūt ⁊ cōcipiūt: vt dicūt qdā de mustela ꝙ cōcipiat ⁊ pariat p os. vnde Aristo. arguit ita. qcqd intrat p os hoc intrat in stomachū ⁊ digeritur. sed si coitus fieret p os: tunc digerēdo cōsumereṫ nec ad matricē ꝑueniret. Sed beata virgo cōcepit p aurē hec non fuit naturaliter: sed miraculose. ¶ Queritur vnde generetur semē viri ⁊ ꝙ sint hic opiniones opposite medicorum ⁊ philosophorum: sed dicendū est ꝙ humor sup̄fluus conueniens digestionibus viri ⁊ mulieris assimilatus: ⁊ ab aia sigillando susus diuersis formis ⁊ figuris. sed alij dicunt ꝙ sperma fit ex cerebro fusum: ⁊ decoctione dealbatum: ⁊ ergo scd̄o de generatiōe aialiū debet concipi qd̄ est sup̄fluū humidi multi qd̄ vt sanguis p totū corpus distribuitur. ¶ Quare semē viri sit albuȝ cū tamē semē mulieris sit rubeū. Rn̄. q2 melius decoctū est: ⁊ q2 in testiculis dealbatur quorum caro est alba vt in mamillis. ¶ Quare fluxus spermatis non fit mensurabilis tempore sicut menstruum. Rn̄. quia ipsum non est venenosuȝ vt menstruū: ergo natura ipsum non reijcit: sed ad generationeȝ seruat: aliter respondeo quia non generatur in tantam quantitatem in viris: vt menstruum in mulieribus: ergo menstruali ipulsione non indiget. ¶ Utrum sperma decidatur a membris vel ab humoribus. Respondeo ꝙ aliqui dicunt ꝙ a membris ⁊ probant: quia videmus ꝙ pater claudus generat claudum filium: ⁊ pater truncatus generat trūcatum filiū pater habens cicatricē generat filiū cicatrizatum. vt dicit Arist. de partu aialium: ⁊ hoc non fieret nisi decisio fieret a membro. scd̄o rn̄. ƀm veritatem ꝙ decisio fit ab humoribus: q2 fit ab vltimo nutrimento: mō nutrimētū nō est mēbrū vel mēbrorum: sed est humor: sed quid ipsi de patre trūcato ⁊ filio. Rn̄. ƀm Aristo. in. ij. d̄ generatiōe aialium. ꝙ fit ꝓpter imaginationē matris d̄ claudo patre existēte in coitu q generet claudū filiū: vt pȝ. ¶ Quare imagiatio matris d̄ claudo generat claudum filiū: vt dicitur ꝙ vna mulier imaginabatur vnū ethiopē depictū in lecto suo ⁊ concepit ethiopē. Rn̄. ƀm Aristo. ꝙ imaginatio d̄ claudo facit hominē claudū: ⁊ de lepra facit hoieȝ leprosum sic in proposito virtus imaginatiua ē superior formatiue fetus: ergo ꝑcepit sibi fore talem filiū qualē fuit imaginata. ¶ Utrū semē viri ingrediatur in naturā vel in matricem fetus. Rn̄. ꝑmo ƀm medicos ꝙ sic: q2 tam semen patris q̄ᵐ matris intrat substātiam embrionis fetus ⁊ ꝓbaṫ q2 aliter materia ⁊ efficiēs coincidēt qd̄ est cōtra Aristo. ij. phisicorum. cōsequētia pȝ: q2 semē viri est principium effectus illius: puta vt domificator domus. Item ex alio eadē est materia nutrimēti ⁊ generationis vt pȝ scd̄o de anima. p Aristo. quia eisdem sumus ⁊ nutrimur. Sed sperma non dicitur esse materia nutrimenti. ƀm auerroym in libro Colliget: ergo nec generationis: vnde ⁊ ƀm veritatem est sciendū quando semina ambo clauduntur in matrice: tunc semen viri disponit semen mulieris ad receptionē anime quo facto conuertitur in fumum: ⁊ exhalat per poros matricis: ⁊ sic patet ꝙ soluȝ materia mēstrui est materia fetus. ¶ Utruȝ semen viri vel mulieris sit animatum. rn̄. phisice ⁊ medicinaliter ꝙ non formatur animatum: sed virtualiter: quia mediante spiritu sibi intrinsecus qui est datus operatur vitam. ¶ Quare matrix ita auide trahit semē viri: vt dicit auerroys in lib. Colliget: ꝙ vna puella sedens in balneo: vbi vir ꝓus spmatizauit cōcepit ⁊ impregnata fuit ex contractione seminis. Respondeo ƀȝ auerroym ꝙ ibi matrix a tota materia: ⁊ forma specifica attrahit ipsum ad propriaȝ perfectionem. ¶ Quare mulieres habent semē rubeum: scilicet menstruum. Respondeo ꝙ est superfluū scd̄e digestionis quia celebratur in epate ⁊ epar ē membrum rubeum: ⁊ ergo ipsum similiter est rubeum. Aliter respondetur quod menstruuȝ ē sanguis corruptus ⁊ indigestus: ergo habet colorem sanguinis. ¶ Quare menstruū quarundam mulierū sit liuidū vt cinis. Rn̄. aliqn̄ pp infirmitatē aliqn̄ pp nimiā frigiditatē ⁊ terrestreitatem: aliqūando propter sui adustionem. ¶ Quare in mulieribus generantur menstrua. Respondeo per omnes medicos ⁊ philosophos: quia frigide respectu virorum: ergo totū non possunt conuertere in sanguinem: ⁊ ergo multa pars transit in menstruum: ⁊ dicitur a mense q2 omni mense a muliere debite etatis ⁊ sana expellitur: ⁊ dico debite etatis: q2 ante. xiij. annos non fluunt. ⁊ dico sana: quia alique mulieres infirme non patiuntur menstruum. ¶ Quare menstrua fluant ⁊ expellantur a mulieribus. Respondeo q2 ē materia venenosa: q2 dicit Aristo. primo de generatione animaliū. si menstruū cum fluit tāgit arborem vel ramū crescentem arescit. Item aristo. dicit si canis gustauerit de menstruo tertia die rabidus efficeretur: ⁊ ergo natura omni mense expellit a mulieribus: ergo retentum in mulieribus vltra tempus debitum facit molā. ƀm Aristo. ⁊ inducit sincopes ⁊ extases passiones ⁊ infirmitates. ¶ Quare ante tredecimū annum non fluuant mēstrua. Respondeo q2 iuuencule sunt: ⁊ adhuc valde calide sunt ita quod bene digerunt totum cibū: ⁊ ergo menstra non generantur ante illud tempus ⁊ per consequens non expelluntur: ⁊ hoc est veruȝ nisi malicia vel bonitas complexionis impediat. ¶ Quare mulieres vetule post quinquaginta annos non patiantur menstrua. Respondeo q2 tunc fiunt steriles. Aliter ⁊ melius. Respondeo q2 tūc natura debilitata ē: ⁊ non potest ipsum expellere: ⁊ ergo congregant in se materiaȝ malam: ita ꝙ efficiuntur imunde ꝙ suo anhelitu inficiunt pueros: ⁊ ergo catarrus ⁊ tussis in eis humidat ⁊ alia multa mala: ⁊ ergo ƀm consilium medicorum summe abstinendum est a vetulis. ¶ Quare mulieres sunt ita venenose ⁊ non inficiunt seipsas. Respondeo quia venenum non agit in seipsum sed in aliud obiectū. Aliud rn̄. ⁊ melius quia mulieres consuete sunt in tali materia: ergo eis nō nocet: q2 dicit Albertus:

ꝙ quedam puella que ad eum ducebatur in Colonia comedebat omnes araneas: ⁊ fuit ei cibus aptissimus: ⁊ Aristotiles de regimine principum ad Alexandrum de puella que nutrita fuit veneno ⁊ a regimine indie Alexandro missa fuit. ¶ Quare mulieres impregnate non patiuntur menstrua. Respondeo quia tunc menstruum transit in lac: vnde nutriatur puer: ⁊ ergo si mulier impregnata patitur menstruum: hoc est signum abortionis.
¶ Quare mulieres lactantes pueros: non patiuntur menstrua. Respondeo vt iam quia menstruum transit in lac: ⁊ dicunt medici ꝙ mulier impregnata lactans alium destruit puerum in vtero ⁊ illum extoxicat quia nutrimentum quod vni deberet nō potest sufficere duobus: ⁊ maxime si ex alio viro sit impregnata. Plinius libro septimo capitulo decimosexto in principio. ¶ Quare quedam mulieres non lactantes: nec impregnate non patiuntur menstrua. Respondeo ex grandi infirmitate: scilicet ex defectu virtutis expulsiue. vnde ſm medicos in tali casu bene habet minuere de saphena idest vena apud collum: quia hec vena incisa menstrua nimia influentia constringit ⁊ ipsa retenta ad fluxum perducit. ¶ Quare in primis tribus mensibus menstrua adhuc mulieribus fluunt. respondeo quia pp paruitatē ⁊ nouitatē adhuc nō ꝓmunt: q2 adhuc possunt sumere tantā mām. ¶ Quare oculus mulieris menstruose inficit speculum: vt dicit Aristotel. de somno ⁊ vigilia. ꝙ nubes sanguinee generantur in speculo. respondeo valde naturaliter ꝙ propter talem modū quando menstrua fluunt in muliere: tunc fumus venenosus resoluitur ab ea qui ascendit caput mulieris petens ibi exitū: ⁊ ergo tunc mulier dolet caput cooperiens ipm multis velis ⁊ peplis: ⁊ quia oculi sunt porosi: ergo ibi petit exitū ille fumus ⁊ inficit oculos. ita ꝙ vene sanguinee apparent in eis: ⁊ oculi sunt guttulosi ⁊ lachrymosi: ⁊ sit aer contiguus oculis ab oculis inficitur: ⁊ ille aer iterum alium vsqꝫ ad speculum obiectum: ⁊ quia tale mundum est ⁊ politum. ideo faciliter inficitur: ⁊ ergo dicit Auicēna ꝙ oculus mulieris menstruose proijcit camelum ad foueam. ¶ Quare femelle brutorum: scilicet pisciū ⁊ volucrum non patiuntur menstrua. respondeo per Aristote. ⁊ Albertum ꝙ in grossibilibus menstruum transit ad pilos: ⁊ piscibus ad squamas ⁊ auibus ad pennas: ⁊ quicunqꝫ vult considerare bene potest cognoscere ꝙ inter bruta animalia femelle frequentius sunt hirsute q̄ȝ masculi ⁊ piscium femelle magis squamose ⁊ auicularum femelle magis plumose. ¶ Quare menstruum recipiat nomen a mense. Respondeo ꝙ mensibus spaciū temporis mensuratur: ⁊ motus lune: ⁊ quia luna motum suum perficit in. xxix. diebus ⁊ octo horis modo luna habet dominium super humida in secundo metheororum. per aristote. ⁊ in posterioribus: vbi dicit nulla crescit in fine lune: ⁊ q2 menstruum est humidum: ergo a mense facit denominationem vel capit. Dicunt enim rustici ꝙ omne humidum crescit in luna crescente ⁊ ipsa decrescēte decrescit. ¶ Quare quedam mulieres patiuntur diutius fluxum ⁊ quedam breuius vt in sex diebus ⁊ quedam in septem diebus: continue autem per tres vt frequenter in iuuenibus. Respondeo ꝙ sunt frigidiores: ⁊ ergo in eis plus generatur de menstruo: ergo longiori tempore expellitur: sed alie sunt calidiores: ergo in eis pauca generantur. ¶ Queritur vbi reseruantur mēstrua ante fluxum. Dicunt aliqui ꝙ in matrice: sed illud auerroys in libro Colliget: reprobat ⁊ dicit matrix ē tantum locus generationis: sed tale menstruum nihil facit ad generationem: ergo respondeo sicut dicebatur de fluxu emorroydarum ⁊ est quedam vena circa spinam dorsi ⁊ reseruat ipsa menstrua: ⁊ huius signum est ꝙ mulieres habent isto tempore maximas punctiones in dorso propter expulsionem eius a natura. ¶ Utrum menstruum de quo generatur fetus ⁊ ꝙ omni mense expellitur sit idē. Respondeo ꝙ non q2 ipsum est impuruȝ ⁊ indispositum ad generationes: sed primū est valde purum: ⁊ dispositū ad generationes sicut sanguis est valde clarus ⁊ aptus generationi. ¶ Quare mulieres tempore mēstruorum impregnate generant pueros leprosos ⁊ imbecilles. Respondeo quia vt patuit ꝙ hec materia est venenosa modo ꝑ philosophum in libro de causis similitudo cause relucet in effectuȝ. ¶ Quare mulieres vniformiter in eodem tēpore mensis non patiuntur menstrua: q2 quedam in nouilunio quedaȝ in plenilunio ⁊ quedam in defectu. Respondeo ꝙ hoc est propter diuersas complexiones mulieruȝ: vnde licet omnes mulieres respectu virorum sunt flegmatice: tamen inter se est vna magis sanguinea: ⁊ sic de alijs. Modo lunatio quelibet habet quatuor quadras: ⁊ ille habent quatuor complexiones. Prima est sanguinea. Secunda colerica. Tertia melācolica. Quarta flegmatica. ¶ Quare mulieres sanguinee patiūtur in prima quadra sanguinea. Respondeo ſm Galienum in libro amphorismo. ⁊ ſm Gilbertum in sex principia tale additum tale facit ipsum magis tale talis: ergo quadra lune sanguinea augmētat sanguinem: ergo tunc sic expellitur. Quia noua luna requirit iuuenes mulieres que sunt magis sanguinee iuxta versum. Luna vetus veteres: iuuenes noua luna requirit. ¶ Quare vt frequenter omnes patiuntur in fine mensis seu lune menstrua. Respondeo ꝙ est propter defectum lune: ergo eius frigiditas operatur frigiditatem mulierū: ⁊ sic patet vt breuiter ista questio. ¶ Quare mulieribus ille fluxus magis sit in hyeme q̄ȝ in estate: vt ipse sciunt. respondeo ꝙ in hyeme operatur ad mēbrorum augmentum: sed in estate per sudoreȝ multum de tali consumitur: ergo tunc minus fluunt.
¶ Quare in tali fluxu mulieres patiuntur dolorē. respondeo quia ē consimilis dolori sanguinee proiectionis vrine guttatiȝ ⁊ paulatiȝ: quia sicut strangurie fit ex potu indigesto vias vrinales multum subtiles ledeñ. vt fit post balneuȝ. Sic materia mēstrualis que ē terrestris ⁊ indigesta multum vias per quas transit offendit. ¶ Quare post fluxuȝ mēstrui faciliter mulier concipit. Sed hoc est verum quando ē coiens cum viro. respondeo quia tunc ē melius disposita ad concipienduȝ: quia tunc ē mūdificata a menstruis ad generationem non requisitis: ⁊ ergo pauce inueniuntur steriles ⁊ infecunde sed sunt multum prolificatiue: vt legitur in Exodo. Cum iudei essent in Babilonia ꝙ in breui tempore augmentabatur super babiloneȝ. Non fuit alia

ratio quia veri iudei non coeunt cum eis nisi prius sint purificate ⁊ mūdate a mēstruo:⁊ tunc sunt apte ad concipiendum. ¶ Quare colores mulierum menstruosarum mutantur in palliditatem. respondeo quia tali tēpore recedet calor ab omnibꝰ mēbris ⁊ vadit iuuando naturam ad expellenduꝫ menstrua. ¶ Quare priuatio caloris in facie facit palliditatem. respondeo ꝙ menstrua sunt crudi humoris:ergo ipsis fluentibus habet discolorare faciem ⁊ pallidare. ¶ Quare mēstruantes abhorrēt capere cibum. respondeo quia natura plus laborat ad expulsionem ꝗ̄ ad indigestionē:ergo si caperet cibū crudum remaneret crudus. Et crudum abhorreret crudū. ¶ Quare viri coeuntes cuꝫ mulieribus menstruosis efficiunt̄ rauci. respondeo qꝛ vir ille ꝑ anhelitum ad membra specialia ⁊ instrumenta vocis attrahit aerem a muliere infectum:qui aer attractus facit raucitatem. ¶ Quare alique mulieres sunt steriles:⁊ non concipiunt. respondeo ꝯm medicos ꝙ propter multas causas. aliquādo ex parte viri: primo ita ꝙ frigide nature ē vir tunc suum semē est ineptum generationi. Secundo qꝛ semen eius aquosum ⁊ statim a matrice fluit non faciens ibi moram. Tertio propter breuitatem virge virilis vel ineptitudinē:quia tunc semē non projcitur ad locum debitum. Quarto quia semen viri ⁊ mulieris sunt indisposita: ac si vir melancolicus esset:⁊ mulier flegmatica. Aristote. in primo de generatione animalium. ⁊ scdo de aīa. sicut agens ⁊ patiens debet esse proportionata. alias actio impediretur. ¶ Quare mulieres pingues raro concipiunt. Respondeo quia habent matricem lubricam a qua semē receptum elabitur nec retinetur. Aliter respondeo ⁊ melius quia mulieres pingues habent orificium matricum valde strictum quod semē impedit intrare:⁊ cū intrat tūc tarde itrat:ita ꝙ semē in tpe eodē infrigidatur:⁊ ineptū fit generationi. ¶ Quare mulieres valde calide raro concipiunt. rñ. qꝛ semē extinguit̄ in eis ⁊ consumit̄:ac si pauca aqua ad magnū ignē funderet̄:⁊ ergo videmus ꝙ mulieres maxime colētes appetitū lasciuie ⁊ libidinis maxime concipiunt. ¶ Quare meretrices ēt nō concipiant. rñ. qꝛ ꝑ diuersa semina eaꝝ instrumēta concipiēdi obfuscant̄:⁊ lubricant̄:ꝙ semen eaꝝ non retinet̄. ¶ Quare vt dicit experientia Alberti:mulier bibens saluiā coctam cum vino albo anno illo non cōcipit. rñ. qꝛ saluia est multum frigida ⁊ frigiditas vt patuit impedit conceptionē. ¶ Quare mulus sit sterilis ꝙ non concipiat illud ꝓblema multū laborat aristo. in de generatione aīalium improbando Empedocleꝫ ⁊ Democrituꝫ ⁊ tunc ponit positionem ipsam dicens ꝙ generatur mulus ab equo ⁊ asina modo equus ⁊ asinus sunt aīalia sterilia:ergo generatū ex ipsis efficit̄ totaliter sterile. Aliā ponit Aristo. rōnem qꝛ semē equi ē valde calidum vt probat pulchre:sed semen asine magis ē frigidū:ergo qñ ista semina admiscentur ex eis generatur mulus bene:hec sunt monstra diuersa generatiua in animalibus diuersaꝝ specierū mulus ex asino ⁊ equa:⁊ ecōtrario burdo ex equo ⁊ asina:yris ex capris ⁊ porcis:thitirus ex oue ⁊ hyrco:mustiria ex capra ⁊ ariete. Sed que ficta cētaurus ex homine ⁊ equa. Monicentaurus ex homine ⁊ asina. Iteꝝ ypocētaurus ex homie ⁊ equa.

¶ Quare quedā mulieres concipiant masculos. rñ. ꝯm Constātinū ⁊ Aristo. quando semen cadit a dextro testiculo ad dextram particulam matricis: tunc generatur masculus:qꝛ hec est pars calida:⁊ ergo ꝯm Albertū calor operatur ad masculinitatē: ⁊ ergo ꝯm Albertū. Dextra pars vētris magis tumens est signum masculi in vtero. Sed alij respondent cum semē patris vincit semē matris:tunc generatur masculus. Sed cū semē matris vincit semē patris tūc generat̄ filia. ¶ Quare quedam mulieres concipiāt femellas. rñ. qꝛ semē cadit ad sinistꝝ latus matricis qd̄ est frigidū rōne splenis adiacentis qui splen operat̄ feminitatem. ¶ Quare vt expertus est Albertus mulier iacēs in dextro latere post coitum concipit masculum. in sinistro femellam. rñ. ꝯm eum:qꝛ menstrua reclusa fluūt ad illā ꝑtē matricis in qua iacet mulier:⁊ talis fetus formatur. ¶ Quare mulier habeat matricē. rñ ꝯꝫ Auerroyꝫ in libro de Colliget:qꝛ est locus ꝓprius generationis:⁊ est situata in medium mulieris sicut cloaca ī medio ciuitatis:⁊ sicut ad cloacam fluunt immundicia ita ad matricem confluit sanguis menstruosus ⁊ imundus. ¶ Quare alique mulieres pariunt filios graciles:alie breues ⁊ spissos. Respondeo ꝯm Auerroym vbi supra:⁊ ēt ꝯm Galienuꝫ ꝙ puer format̄ ꝯm quātitateꝫ matricis:⁊ que habēt matricē longā ⁊ strictā ēt pueri erūt longi ⁊ stricti ⁊ graciles:sed alique ꝑ oppositū:ergo ⁊ pueri per oppositꝫ generantur. ¶ Quare aliquando mulier plures concipiat pueros:aliquando scꝫ gemellos. respon. ꝯm Aristoteleꝫ in libro de humana natura in matrice sunt septem cellule ⁊ receptacula seminis:⁊ tot generaliter possunt generari pueri in quot cellulas peruenerit semen:⁊ si diuisum fuerit:sed tamen tres sunt in dextro latere in illis possunt generari. Similiter tres alie sunt in sinistro latere in quibus possunt generari tres filie seu femelle:sed ⁊ alia est in medio eorum vbi autentici dicunt generari hermofroditum idest hominem habentem vtrūqꝫ sexum:scꝫ vuluam ⁊ virgam:⁊ ergo si pariet vltra septem pueros hoc potius miraculosuꝫ ē ꝗ̄ naturaliter. ¶ Quare gemelli sunt homines semi non ita fortes sicut alij. vt dicunt leges ipsos in duello reputando pro medio homine. Respon. naturaliter quia semen ⁊ materia que deberet transire in vnū puerum tamē hoc trāsit in duos:ergo ex hoc debilitatur:⁊ aliquando non diu viuit vel frequenter moritur. ¶ Quare vt dicit Aristo. impossibile est gemellos esse diuersi sexus:⁊ ita ꝙ vnus sit masculus ⁊ altera femella sꝫ sēper due vel tres masculi:due vel tres femelle. Rñ naturaliter non est possibile ꝙ vna ps semis cadit ad dextram partem matricis:⁊ alia in sinistram partem:sed semper cadunt ad vnam parteꝫ dextram vel sinistram. ¶ Quomodo generatur hermofroditus. Respondeo per talem modum qꝛ in matrice sunt tres cellule principales vna in dextro:alia in sinistro:tertia in medio in qua dicunt semen clausum generari hermofroditū per talem modum quia natura semper intendit generare masculum:⁊ nūqꝫ femellam:quia femella ē vir occasionatus ⁊ monstrū in natura:vt patet in libro de animalibus:ergo quādoqꝫ formatur masculus quo ad omnia membra pricipalia:sed tan-

dem propter indispositionem materie: ⁊ inobedientiam qualitatum seminis non possunt perficere masculum: tunc generat femellam: ⁊ ergo dicunt ꝙ hermofroditus sit impotens ⁊ membro virili: ⁊ de hoc patebit. ¶ Quare natura non generat duo membra virilia vel duo feminea: sed vnum virile ⁊ aliud muliebre. Respondeo quia in natura poneretur frustratio: quod est contra Aristotelem primo celi ⁊ quarto metaphisice. quia deus ⁊ natura non facit frustra. ¶ Utrum iste sit habendus pro viro vel muliere videtur ꝙ consideranda est quantitas vnius membri super alterum: ⁊ dicit considerare secundum ꝙ membrum sit potens in actu venereo: ⁊ sic secundum muliebre: tunc est mulier: si secundum virile tunc est vir. ¶ Utrum talis debet baptizari in nomine viri vel mulieris. Respondeo ꝙ nomine viri ratio nomina imponuntur ad placitum: ergo secundum dignius debet imponi: modo vir dignior est muliere: quia omne agens prestantius est suo passo: vt patet per aristotelem. tertio de anima. ¶ Utrum ipse debet stare in iudicio loco viri vel mulieris. respondeo secundum viam iuris ꝙ primo debet iurare anteꝗ̃ mittatur ad iudicium quo membro possit vti: ⁊ secundum hec est admittendum ⁊ si vteretur ambobus membris: secundum tamen occasionem ipse esset cremādus ⁊ sic semper queritur probleuma. vtrum possit procedere ad sacros ordines. Respondeo secundum iam dicta. (¶ Quare natura facit monstrum: vt patet per aristotelem secundo phisicorum). quod sic: nam priuatur suo fine monstrum: vt patet per aristotelem ex indispositione materie vel effectu sit constellationis specialis: vt temporibus Alberti in Colonia generabatur puer ex applicatione lateris dextri omnes fere aperiebantur: ⁊ applicatione lateris sinistre econuerso claudebantur. Item albertus dicit ꝙ in quadam villa vacca peperit filium semihominis: tunc rustici suspicabantur de pastore coysse cum vacca volebant eum cremare. Sed astrono. dicit veritatem non fuisse. Item verba alberti nos vidimus equum habentem mensipedes anteriores: posteriores portabat circa collum: ⁊ os non terxit super terram. Item hec verba asserere albertum nos vidimus bicorporum ⁊ corpora in nullo iuncta erant nisi in dorso ⁊ habebāt duo capita quatuor brachia: alias ⁊ quatuor pedes ⁊ ibant ad quācunqꝫ partem vertebantur.

Vacca pepit semihominem.

¶ Item verba alberti narrauerunt nobis quedam sincere digne ꝙ viderunt talem hominem in quo erant duos homines coniuncti in dorso: ⁊ vnus fuit iracundus: ⁊ alter mansuetus ⁊ vixerunt duos annos vnus prius moriebatur: alter tandiu vixit donec ex fetore fratris moriebatur. ¶ Queritur quomodo hoc fit. Respondetur per talem modum cum semen funditur ad cellulas per generationem duorum gemellorum: tunc contingit ꝙ intersticium ⁊ pellis medianas inter illa duas cellulas rumpatur ⁊ sic semina confluunt: ⁊ ita in dorso ramificantur: ⁊ coniunguntur habentes dua capita distincta. ¶ Utrum hec sit vnus homo vel duo. Respondetur secundum aristotelem ꝙ respiciendum est ad cor. vnde qui duo habent corda duo sunt homines.

¶ Quare aliquando generatur puer cum magno capite vel cum sex digitis in vna manu vel quatuor tantum. Respondetur secundum albertum super secundo phisicorum ꝙ propter superfluitatem vel defectum materie. Unde quando materia superfluit: tunc generatur caput aliquando magnum vel sex digiti in manu vel in pede. Sed quando materia deficit: tunc aliquando generatur membrum minus ꝗ̃ deberet esse. Aliquando generantur membra pauciora ꝗ̃ deberent esse: ⁊ hec Albertus ⁊ Auerroys distinguunt in secundo phisicorum. de quātitate continua ⁊ discreta. ¶ Quare ex inordinato coitu: scilicet laterali vel stationario sepius generantur pueri indispositi ⁊ menstruosi. Respondetur: quia tunc semen inordinate locatur in matrice. ergo inordinate formantur: vnde aliquando generantur gibbosi pueri ⁊ ꝗ̃plures defectus habentes. ¶ Quare mulier sit monstrum: ⁊ dicitur ꝙ non sit homo. Respondetur ex secundo phisicorum: omne occasionatum est monstrum: sed mulier est vir occasionatus: ergo est monstrum: probatur minor: quia natura nunꝗ̃ intendit generare femellam: sed semper masculum. Sed quia natura femellam generat hoc est causaliter propter materie dispositionem: ⁊ inobedientiam. vt dictum est. ¶ Quare quidam puer totaliter assimilatur patri: ⁊ quidam totaliter matri. respondetur ꝙ quando semē matris vincit semen patris: tunc puer totaliter assimilatur matri. Si autem semen patris vincit semen matris: tunc totaliter assimilatur puer patri. Sed si semen in parte vincit: ⁊ in parte non: tunc in parte puer assimilatur patri: ⁊ in parte matri: sed si menstruum ⁊ materia fetus trahit ad se semen operationis spermatis: tunc erit similitudo ad matrem: ⁊ potest esse temporaliter: aut in membro principali: ⁊ non in secundarys: tunc puer erit similis in complexione cordi ⁊ sexui. Sed in alijs membris patri: aut econuerso etiam puer erit similis in complexione: ⁊ corde patri: ⁊ in alijs membris similis matri. Et sic videmus pueros aliquos fratres multum assimilare patri: ⁊ alios etiam videmus pueros totaliter matri assimilari: ⁊ alios totaliter patri: ⁊ alios partim matri: ⁊ partim patri. ¶ Quare pueri vt frequenter assimilantur magis patri ꝗ̃ matri. Respondetur ꝙ hoc est propter imaginationem matris ⁊ dispositione patris in coitu. ¶ Quare pueri vt frequenter assimilantur auis ⁊ atauis ꝗ̃ propinquis parentibus. Respondetur per Aristotelem quia virtus auorum est impotentia in cordibus parentum generantium. aliquando propter similitudinem nutrimenti: ⁊ tunc fetus formatur in similitudinem aliquorum auorum. ¶ Quare vt dicit Aristoteles similitudo puerorum ad auos non extendit se vltra quatuor generationes. Respondetur secundum Albertum quia omnis virtus quatuor gradibus mensuratur: ergo generatiua. Sed Aristoteles dicit ꝙ aliquando puer assimilatur auo cuius a populo ⁊ seculo non est recordatio. ¶ Quare pueri sunt de diuersa dispositione: quadam magis dura ⁊ quadam magis molli. Respondetur ꝙ propter dominium diuersorum elementorum: ⁊ quia ossa fiunt ex parte menstrui magis terrestri: ergo semper dominatur: sed medulla ⁊ cerebrum de parte eius magis aquea: sed spiritus vitalis naturalis ⁊ animalis ex parte magis aerea: ⁊ calor naturalis ex parte magis ignita. ¶ Quare fetus succes-

sive sit fortior. respondeo quia in primis sex diebus semina habent colorem lactis: sed in novem sequentibus ab illis sex diebus: tunc semina habent colorem rubeum: quia tunc transmutantur in naturam sanguinis spissi ⁊ coagulati non fluentis. sicut massa carnea: quia ex propinqua dispositione ad carnem: sed in. xij. diebus post illos. ix. sequentibus illa materia condensatur ⁊ solidatur ut possit recipere organizationem ⁊ formationem: quia res nuda non tenet impressionem: ut patet per Aristotelem. ij. de anima. ⁊ sic singulis diebus usque ad partum aliter disponitur: sed quomodo per singulos menses regatur a planetis hoc est in libro Boetij.. ¶ Unde nota secundum Galienū in primo mense fetus sit purgatio sanguinis. in secundo mense expressio sanguinei corporis. in tertio formantur ungule ⁊ capilli. in quarto movetur fetus: ⁊ ergo tunc mulieres nauseant. in quinto tunc recipit similitudinem patris ⁊ matris. in sexto nervorum constrictiones. in septimo ossa formantur. in octavo natura incipit movere ad exitum ⁊ fetus dei beneficio completur. in nono ipsum a tenebris in lucem producit secundum communem cursum. ¶ Utrum puer in utero stercorizat vel non. respondetur secundum intentionem medicorum ⁊ philosophorum quod non: ⁊ ratio est quia non habet primam digestionem que est in stomacho: quia cibus nō venit ei per os: sed per umbilicum: ⁊ ergo non urinat sed sudat quod videtur esse parve quantitatis ⁊ reservatur in pāniculis matricis ⁊ secundina: ⁊ in alijs: ⁊ in partu pueri exeunt in magna quantitate. ¶ Quare secundum communem usum ⁊ cursum pueri exeant in nono mense respondetur: quia tūc est totaliter perfectus vel quia tūc regat planeta benivolus: scilicet Jupiter qui est amicus nature. Nam secundum aristo. est humidus ⁊ calidus: ⁊ ergo temperat malitiam saturni frigidi ⁊ sicci: ⁊ ergo oēs pueri nati in hoc mense ut frequenter sunt sani. ¶ Quare pueri exeuntes octavo mense omnes moriuntur. respon. quia illo mense super puerum saturnus habet dominiū qui est contrarius ⁊ planeta malivolus: quia frigidus ⁊ siccus: ⁊ utraque pars contrariatur vite: dicitur etiam saturnus quasi satur annus per contrarium: quia per eum esurimus. ¶ Quare pueri exeuntes septimo mense ut frequenter moriuntur ⁊ dicuntur illi pueri exeuntes septimo mense ut fetus lune. respondetur quia luna est frigida: ⁊ habet dominium super puerum: ⁊ ergo habet ipsum necare. ¶ Quare puer exiēns statim flet. respondetur quod propter subitam mutationem aeris ⁊ infrigidationem que frigiditas maxime ledit suam teneritatem. ¶ Quare ut dicit aristoti. fetus post septimum mensem laborat ad exitum. respondetur quia tunc ligamenta quibus matrici alligatur illa incipiunt debilitari: quia propter sui magnitudinem consumitur nutrimentum ipsorum ligamentorum. ¶ Quare puer cum exit ponit digitum suū ad os. respondetur naturaliter: quia puer exit de matre: ut de calido lavacro. ergo intrans aerem frigidum ponit digitum ad os propter caliditatem oris. ¶ Quare ut sciunt mulieres, puer exiens ⁊ clamans in utero sit signum malum. respondetur quia est signum quod non vivens exibit: ⁊ ergo dicūt Theologi: quia tunc cognoscit se privari intuitu divino propter carentiam baptismi: ergo clamat. Sed aliter respondetur: nam si non maxime pateretur nec clamaret: ergo clamor est signum passionis ⁊ mali. ¶ Quomodo puer exeat. respondetur quod primo capite premisso: ⁊ si aliter exit per crura vel per brachia interficit matrem: ⁊ seipsum. ¶ Quare mulieres comedentes infecta cibaria abortiunt respondetur quod ex illis generatur semen infectum quod anima abhorret: ⁊ proijcit ab agro nature scilicet matrice quia non est apta quod ei forma nobilissima infundatur scilicet humana. ¶ Quare corea ⁊ lactatio ⁊ saltus ut alique pessime bene sciunt abortiuum faciunt. respondetur quia per talem motum ligamenta embrionis solvuntur ⁊ laxantur: ⁊ per consequens abortivus sequitur: quia materia diutius retineri non potest. ¶ Quare iactus fulminis ⁊ tonitrui faciunt abortivum. respondetur quia vapor ibi adustivus qui faciliter ledit matricem infantium per omnia tenella intrans per poros ipsum occidit. immo Albertus dicit quod si puer actualiter vivit in utero materno per fulmina tonitruum interficitur. ¶ Quare mulieres iuvenes: ⁊ non antique abortiuum faciant. respondetur quia corpora iuvenum mulierum sunt magis porosa ⁊ rara: ergo vapor fulminis citius intrat faciendo aborsum. Sed mulieres vetule sunt compacte: ergo non sequitur occasio in eis. ¶ Quare ut dicit Aristo. nimium gaudium facit aborsum. respondetur quod tēpore gaudij calor vadit ad exteriora: ⁊ sic matrix propter paucitatem caloris facit aborsum. Eadem ratione timor facit aborsum. quia tunc calor vadit ad cor relinquens matricem.

Causae abortus.

Vnguentum album ad oclos qui oculi sunt sãguinolenti et fluentes. Recipe pulueres tucie quartã partez et de butiro q in maio mense ē laboratum partes tres et de oleo oliue duas partes et liquefac et cōmisce simul et illos pulueres sperge in illum cōfectū et cōmisce bene donec infrigidabitur.

Cōtra casuz de alto vt si aliquis de alto cecide rit et sanguis ex lesione in ipso coagulatus fuerit et vt tunc sanguis ille spergatur et dissolua tur in homine Recipe tres carbōes viuos q̃rcinos et extingue eos in vino bono albo et mane calidum hoc sepe bibatur.

Nota si aliquando mēbrum mutilatur seu amputatur tunc debet bene curare cum dialtea. tale vnguentum sic factum. Recipe fenū grecum et semen lini et contunde in pulueres et spge illum puluerem in butiruz et permitte p vnū vel tres dies. postea recipe fenum grecum et semen lini. Require residuum in littera. B


Cōtra incisionē vene magne in collo ita q̃ sãguis cessare non potest tunc cōiunctat illa vena pulchre ad inuicem vt sanguis nō possit extire hoc pacto sperge et cōcute pulueres rubeos sup illud vulnus et pone sup eo emplastruz et permittat iacere ad diē quartuz illud debet fieri ex claro oui et thur cum stupis mixtuz post hoc medet sicut alia.

Ad vlcus maturãdū decoque semen lini cū butiro et suppone tandiu donec sufficiet.
Mobile vnguentuz cōtra apostema et vlcera et consequenter antiqua vulnera ruptoria.
Recipe sepum bouinū et liquefac in patella et d hayth et cola ad aliqd vas et moue tã diu donec fiet odoriferuz et q̃to plus mouebit tanto melius erit ad oīa vul.

De variolis et variole vocant vesice sicut pueri solent habere frequentius et quãdoqz antiqui habent et fiunt duobus modis. vno modo sūt albe alio modo sunt rubee si albe fuerint tunc vnguatur totuz corpus in pãnum lineum. Require residuū in lra. C

Lesio capitis cum buca lapide cul ello vel quouis alio instrumento sine aliqua apertura.

Albula in oculos. Surditas.
Nasus incisus vsqz ad aures
Apostema retro aures.
Macule faciei.
Labia vlcerosa.



Recipe furfures tritici et excoquant. deinde addatur axūgia et fiat pulmentum cū pinguedine et hec ponat ad loca tumorosa et inflaturam si aūt hec non pderint sibi tūc precidat cutis in capite et videat si aliqua ossa fuerint cōfracta i capite. Require i littera. A

Apostema solet i trib9 locis euenire in corpore humano retro aures vt in collo hoc est in regione animata et tūc fiat fleubotomia d cephalica vtriusqz brachij pl9 tamen de parte sana iuxta virtutez tenoris vt si nō est antiqu9 plus minuatur.

Versus.
Hec sunt pensanda medico curare volenti.
Ars etas regio virtus complexio forma.
Morb et sinthomia cōmixtio tempus et aer.

Incisio vene vbi sãguis cessare non vult.

Contra fixum aut pfūdum vulnus. si huiusmodi vulnus multum cruentauerit tūc debet cōburri lodex in puluerem et spergi super tale vulnus. Etiã recipe substantiã quã pergamenistē de pergameno excoriant et pone super tale vulnus et etiam claruz oui cū canapeis stupis mixtū et emplastruz ex eo factum.

Si aliquod vulnus fixum fuerit pfūde et sãguis nō exiuit cū tamē instrumentū fit iaz excepti tūc debet iacere sup ipm vulnus vt sanguis et imundicies exierint ante et cū adhuc putredo et imūdicie nō exierint debet tantū suffiare in vulnus et tūc tali anhelitu exibit totum Residuuz require in littera. E

Cōtra vulnera que sūt telo sagittata tūc lignū de ipso telo non debet extrahi alias ferruz ne sciretur inueniri. sed si lignum fuerit extractū et ferrum interius retinetur tunc debet queri spatula sine acutie eius

Si vero fuerit apostema in inguibus circa pubes tunc minuatur de vena virginali hoc est de vena que est sub talo et dicitur vena mēstruosa mulierum seu vena virginalis.

Contra tumorem et inflaturam vulnerum. Recipe thus contūde in succo lolij et cardōis cū farina ordeacea tūc tumores et inflature p eū inungat seu emplastretur in circuitu vulneris et breuiter curabuntur.

Remedium de paralesi et vnguentum. Accipe artemisiam cum semine suo et millefolium cum semine suo et semē vrtice et iusquiami cū radice et semine et accipe ceram et axungiam. Require in littera. D

Cōtra verucas. Accipe stercus caninuz et terrã in qua vrinatur et decoque i vrina ppria et emplastretur sup verucas semper renouãdo et de et. Item hec idez curat papyrus vagil verbon bo hemice noua kosth.

a ¶Cum nasus inciditur ad ipsas aures: tūc dz consui filo tenui ꝛ subtili adinuicē: ꝛ post hoc debet conficere sibi emplastrum ex claro oui cum albo liquore mixtū bene cū stupis: ꝛ hoc emplastrū ponat̄ sup vulnus eius: ꝛ tādiu pmittatur in vulnere donec patiens estimabit ꝙ sit vulnus curatum in toto: attamen cāna debet intrudi ad nasuz ideo vt foramina non succrescāt: ꝛ vt patiens possit suspirare. Aliud est verum recipiat illud emplastrū de vulnere: tūc nasus pmatur bene manibus adinuicem: ꝛ tūc ex nouo tale emplastruz vt prius facere nō pmittatur donec fiet durum: deinde detur talis potus. Acc. zenbi benedictam globosaz spēs tiriace ꝛ vueyerauth cuz floribus: hec oīa excoque simul in vino aut ceruisia: ꝛ hoc si fuerint herbe sicce Sed cū fuerint virides: tunc debet cōtundi: ꝛ dare patienti ad bibendum: ꝛ sanabitur.

b Contra fluxum vulneris in capite fuetur vulnꝰ ꝛ tergat̄ imundicies siue putredo cū aliquo pāniculo subtili de vulnere eius: eo ꝙ cerebrū putrefieret in capite hoc facto debes conficere pulueres rubeos: q2 illi sanant omnia vulnera: ꝛ fistulam: sed ita ꝙ prius debet mundari a putredine corporis etiam istum puluerem secure potes seminare super vulnus ipsius capitis.

c ¶Contra offensionē capitis cum baculo cultello lapide vel quocūqꝫ alio: ita ꝙ multuz dolet: ꝛ sensum aliquādo pdere machinat̄: ꝛ totaliter pdidit: sed tamē caput eius non est incisum: sed solum infractum per verbera hūc ita curabis: minuatur sanguinem de vena cephalica: donec sanguis sanus exeat: ꝛ conficiatur super loca dolorosa istud emplastrum vt inferiori circulo docetur.

d ¶Etiam sūme considerandū est aliquis efficit̄ vulneratus: ꝛ principaliter ad caput: tunc maxime deberet precauere: vt non bibat vinum forte: ꝛ non sumat carnes non bene coctas: ꝛ non accedat mulierem neqꝫ intueatur. Similiter non loquatur multa ne rōnem perdat. Sed si nimiū fuerit infirmus: ita ꝙ comedere non poterit: tūc detur sibi persusio tenuis cū caseo decocta ad bibendū. Etiam potest sumere pulmentū cū ceruisia coctuz post tres aut quatuor vel qnqꝫ dies dentur ei fercula delicata ꝛ hoc si fuerit calidus in seipso: ꝛ fercula debent ei dari que ipse appetit.

e ¶Contra surditatem remediū probatū. Capiatur sal pro vno denario: ꝛ ponat̄ ad mūdam ollā: ꝛ cooperiat̄ bene vt nullus vapor exeat ponatur super ignem: ꝛ sufffletur ignis recenter sub olla: ita ꝙ per calorem magnū sal liquefiat: ꝛ confluatur in globū. Et tunc remoueat̄ ꝛ infrigidet̄: postea bene cōcute in mortario: post hec perfora raphanum: aut rapam. aut maguderim: ꝛ repleatur illo sale: post hoc cooperiat̄ bene illud foramen cū illa particula quam prius extraxisti de rafano vel de rapa: post hoc fode in terram in mūdo cellario si terra fuerit humida multū ꝛ fortis: ꝛ cooperiatur viceuersa ꝙ taliter maneat per triduum: ꝛ tūc recipe per tres dies: ꝛ serua istud in vitro: ꝛ sic fundatur in aures.

f ¶Contra tumorem ꝛ vlcerosa labia vnguentum. Recipe sepū hyrcinū cū pice noua: ꝛ axungia aucarum: ꝛ cū sepo ceruino conterant̄ simul in q̄titate equali vnius cuiuslibet liquefac ad ignē: ꝛ vnge labia: ꝛ sanabuntur in breui: ꝛ si fuerint labia tumorosa fiat minutio de ipsa lingua: ꝛ cessat tumor labiorum.

g ¶Unguentum ad maculas faciei probatum. Qui vult priuari maculis in facie existentibus. Recipe limacem cū sua concha: ꝛ concham rana rū: ꝛ alumen: ꝛ alestem: ꝛ gyantku: ꝛ contūde illa simul: ꝛ scute ad nouam testam: ꝛ combure bene: ꝛ illos cineres commisce cū lixiuio de vitibus facto: ꝛ ex illo faciem mane ꝛ sero laua.

h ¶Pulueres corrosiuos q carnem superfluam de vulnere crescentem bohemice ō vuiemaso appellat̄ sic fac. Recipe vitriolum viride: ꝛ impone in ollam nouaz: ꝛ obstrue cū luto sapientie: ꝛ impone ignem forte combure bene: ꝛ postea effunde parum de aceto vini: ꝛ statim post hoc contūde ꝛ habebis puluerem corrosiuū: ꝛ illū sup carnes predictas sparge: ꝛ corrodet eas.

i ¶Si aūt apostema generatur sub brachijs fiat fleubotomia de mediana: aut pulmatica: aut ppe paruum digitum in parte opposita: ꝛ ꝫm similem modum de eodem brachio.

k ¶Quando aliquis esset trāsfixus gladio vel hasta da ei bibere ceruisiam tepidam cū pinguedine serpentis.

l ¶Si intestinū magnū incidet̄: aut stomachus hunc debes consuere filo sericeo: ꝛ subtili ꝛ spergantur super illa vulnera pulueres rubei.

m ¶Unguentū cōtra vulnera tumētia: sed non fluentia q̄ fiūt percussione sicut plage: vtputa fustibus ꝛ baculis: vel qbuscūqꝫ instrumētis. Recipe duas libras plantaginis: ꝛ duas libras garbei: ꝛ millefoliū: vitriolum albū. i. quartale: Saluiam: ꝛ vitergiō: quatuor libras contūde bene cū iiij. lib. axungie: ꝛ cuz. ij. lib. zuchari: ista oīa simul bene decoque ꝛ misce bene cum spatula interius vt bene cū aruina temperent̄: postea exprime totum simul p pannum ꝛ tere herbas que mansērunt post expressionem: ꝛ illa contūde cum axūgia ꝛ serua.

n ¶Oleū ad vulnera q̄ in pedibus fiunt quasi incurabilia q̄ hoīes cōiter habent: ꝛ illa vulnera habent foramina profunda illud oleū sic fac. Recipe lignū iuniperi: ꝛ incide in partes minutas: ꝛ recipe ollam vnā ꝛ fode in terrā: ꝛ pone sup eaz aliā ollā multis foraminibꝰ pforatam in fundo: ꝛ loca eā sup illam in terra sepultā loco cacabi: ꝛ ipone in eam partes de iunipero incisas: ꝛ sic tūc circūlinias ollas cum luto sapie: ꝛ pone ignē fortē i circuitu ollaꝝ: ꝛ sic stillabit oleū qδ valet auꝝ et argētū: et pcipue ad vulnera pdicta sanāda.

o ¶Si alicui clauus ferreus vel ligneus vł qδcūqꝫ aliud acutuz ad pedē intrauerit hoc sic curabis. Recipe saxifragā: et cōtunde: et pone sup locum in quo fit talis clauus. Idē faciunt flores fabe supposite aut stercora murilegi: et exibit clauus ferreus vel quodcunqꝫ instrumentum fuerit in ipsa carne.

p ¶Cōtra pruritu3 magnuz cuz lixiuio ex vitibꝰ paruis vnge loca fricādo: et sanaberis sine dubio vel vrtice decocte cum vino et collate per pāniculum in balneum corpus tali brodio illinitū fricando cessat. Sed prius liniatur quādo sudari incipiat.

q Si teluz vel sagitta fuerit in pede: ꝛ lignū nō est excerptū excipiat̄ p te: ꝛ si ad vtraq̄ꝫ partem vulnus penetratū fuerit: tunc debes laborare p illud foramen tentā extrahere sicut in vulnerib⁹ visus est: ita vt attigat vna tenta: aliam ꝛ sanetur sicut ꝛ alia vulnera.

r Si vo tam ꝓfunde fuerit intrinsecus ꝙ excipi nō valeat: tūc recipiat̄ genziana: ꝛ dꝫ poni ad foramē vt fiat vulnus amplū: ꝛ foramen magnum vt sagitta eo facilius exire possit ad hoc capiat̄ apostolicon magnū dimergans. Steinvuorcz. ꝛ polipodiū ꝛ contūde bene adinuicē: et ex illo fac emplastrū ꝛ pone sup vulnus ꝛ extrahet̄ sagitta.

¶ Aliud emplastrum.

ſ Et si tale vulnus fixū aut ꝓfundam multū cruētauerit. Accipe thus albū sanguinē draconis vinuꝫ nigruꝫ fel vnd plutstein. i. lapidis ematitis: hec omnia contunde in simul: ꝛ fac emplastrum cum claro oui: ꝛ illud confectum super stupas ponatur ꝛ vulneri applicetur.

t Contra vulnera fluetia ꝛ dolorosa. Recipe anguillam ꝛ excoque ꝛ accipe pinguedinem ꝛ conserua in mūdo vasculo: ꝛ excoque gallinam non intingēdo cū aqua pinguedinē ꝛ congrega ipsi⁹ pinguedinē ꝛ accipe sucū saluie: rute: abſinthij: ꝛ marubij: ꝛ mente siluestris: ꝛ tempera insimul: ꝛ vnge quando vis cicatricem ꝛ sanabitur.

u Unguentū bonū ad sanguinē retinēdum: vbi fuerit vena incisa. Cōfice thus: ꝛ aloe: adinuicē ꝛ admisce clarū oui hanc tēperationē optime commisce: ꝛ ex illa fac emplastrū donec vene ꝛ vuln⁹ adinuicē claudent̄: ꝛ hoc fiat donec vulnus sanabitur in toto semꝑ emplastra noua preparādo.

x Cōtra putridas carnes ꝛ mortiferas. Recipe argillā de fornace bene cōcrematā: ꝛ tēpera cum aceto ꝛ appone cucumeres equaliter sumēdo: ꝛ sine vt bulliant: ꝛ tūc cola p panniculū hoc facto recipe tertiā partē illius cocti ꝛ ꝑmisce cuꝫ oleo: ꝛ fauo mellis ꝛ vtere bis vel ter ꝛ sanaberis.

y Contra inflaturam faciei vel alias vbicunq̄ꝫ. Recipe scabiosam ꝛ decoque eam vsq̄ꝫ ad consumationē modice aque: ꝛ cū hac aqua madida bene inflaturam pannum intinctum superpone inflature predicte quo siccato iterum madida ꝛ fac sicut prius ꝛ in triduo sanaberis.

ꝫ Contra struma que in collo generatur. Accipe sucū raphani: sal: vinū: acetū: ꝛ confice totuꝫ in smigmate in aliquo vase ꝛ mittas ita per noctē stare illo vnge apostema seu strumam ꝛ decidet peribit illa struma si sepius hoc feceris.

ꝛ Contra panaritium hoc est quando quedam pustule albe i circuitu vulneris generant̄ bothonice: pizymiet. Recipe axūgiā antiquā nō salsam ꝛ vermes quosdā q multos pedes habent ꝛ sunt oblongi ꝛ parui ꝛ ab aliq̄bus cētipedes vocant̄ seu appellantur hos vermes contūde valde bene cū aruina antiqua ꝛ emplastra sup dolorem.

ꝯ Ad solidandum ossa confracta. Accipe lumbricos ventris ꝛ contere in puluerem ꝛ cōmisce puluerem de lumbricis factum cuꝫ oximelle: ꝛ emplastrum inde fac ꝛ ossibus fractis superpone ꝛ mirabiliter consolidat ossa confracta.

ꝑ Unguentum contra omnia vulnera quod cito generat carnes ꝛ replet. Recipe ꝺ oleo oliue quatuor lotb faui mellis. iij. lotb. gūmi arabicū ꝛ thus verum de quolibet. j. lotb. ꝛ molle sicut farinam: ꝛ misce simul totum: ꝛ liquefac super ignē modicum: ꝛ moue continue in olla ne comburetur ꝛ operare illo vnguento quando vis.

aa Contra incisionē cerebri vel iecoris vel visceris: hec. n. oīa sunt mortifera ꝛ insanabilia. Si vo intestinū magnum aut stomachus incisus fuerit hūc debes cōsuere filo sericeo ꝛ subtili: ꝛ seminētur sup talia vulnera pulueres rubei de q̄bus patet alibi hoc facto curant̄ vulnera huiusmodi herba sanguinaria cū saluia: ꝛ si nollēt curari: tūc cerebrū est incisum hoc taliter cōsiderare debes ꝙ vulneratus rōnem ꝑdet: ꝛ oculi eius rubei erunt oīa quecūq̄ꝫ comedet nō valebit retinere. Et non poterit sedeꝫ habere lingua eius magna efficit̄: ꝛ palpat sup caput ꝛ lauabit emplm̄ ꝺ capite suo.

bb Cōtra offēsionē capitis q̄ fit multipliciter. Aliquādo. n. cerebrū penetrat: ꝛ aliquādo solum cutis offendit̄ ꝛ inflatur cerebrū vulneratū: ꝛ inficit̄ modo si cerebrū vulneratum erit: tūc videri bene debet ne ossa essent in vulnere: hoc facto excipiātur ꝛ imponatur ad vulnus ei⁹ sericeus pānicu lus. Si vero sericū nō habet̄: tūc panniculus ali⁹ subtilis ꝛ paruus. Et idē pāniculus illiniri debꝫ prius mūdo lardone pro eo vt tertio die facilius de vulnere excipiat̄: post hoc videri dꝫ vtruꝫ cerebrum fuerit incisum ꝛ vulneratum: q2 si cum claro oui supponeretur: tūc siccaret̄ in vulnere ꝛ assumeret cerebrū secuꝫ: ꝛ ex illo homo mortem itraret. Ideo debet panniculus illiniri quin facit ipsa putrefieri ꝛ immundiciam effluere ab eisdem.

cc Nota ꝙ prius vulnera singulis dieb⁹ bina vice debent ligari: ꝛ hoc cito facere nō ꝓlongando ꝛ primitus lesus non debet spaciari nec deambulari: ꝛ cum tam ipsa vulnera saniem ceperint: tunc semꝑ mundus panniculus dꝫ imponi ipsis vulneribus q2 per hoc subito curant̄ ꝛ succrescēt.

dd Si aliq̄s homo ceciderit super caput: ita ꝙ collū ei incuruatur: ꝛ post hoc loqui non pōt. Illi statim os aperiatur ꝛ ponatur lignuꝫ inter dentes eius ne claudere possit: ꝛ debet calcare super humerum eius ꝛ trahere caput eius fortiter vt ad locum priorem caput ꝛ collum situetur: post hoc vngatur dialtea ꝛ sanabitur a timore.

¶ Ista residua deficiunt in aliquibus marginibus figure precedentis vbi consimiles littere alphabeti comprehenduntur.

A Tūc excipiatur: ꝛ post hoc curari debent sicut ꝑscriptū est de sanatione vulnerum ꝛ conficiat̄ emplastrū de apostolicon ꝛ ponatur sup vulnus: q2 istud exhibit totā imūdiciā de vulnere ꝛ cito curabit.

B Et ipone i aquā ꝛ ꝑmitte per quatuor dies stare ꝛ si vis potes calamētum apponere modicū: ꝛ sic infunde in saccū ꝛ exprime sucū illum: ꝛ accipe maluam campestrē: ꝛ coque simul cum omnibus supradictis herbis in butyro ꝛ cola per sacculum: ꝛ tunc recipe ceram ꝛ resinā: ꝛ galbanū: ꝛ liquefac oīa insumul: ꝛ tūc cōmisce cū omnib⁹ supradictis.

C Aqua intinctū ꝛ decoctū in lentibus ita calidū vt cū lingua canis expertū est: q2 attrahit statim materiā. Si fuerint rubee inuoluant̄ in pannū rubeuꝫ circa oculos tm̄ vtere repcussiuis seu recuperatiuis ne exeant p oculos: ꝛ circa gulā cū gargarismis.

D vetere ꝛ resinā:seu picē albā castoreū nouū recēs:ꝛ oleū oliue:ꝛ accipe medullā cerui vel equi iuuenis ꝛ vinū vel acetū coctana si hr̄e poterit:ꝛ hec oīa simul cōtūde valde bn̄:ꝛ post h̄ pone i mūdā ollā:ꝛ cū aceto vel vino bene decoq̄s ad bonā horā:ꝛ tūc p pānū exp̄me:ꝛ in pixidē pone:ꝛ ex h̄ mane ꝛ vespere locum dolorosum vnge bene.

E qd̄ in vulnere continetur mali:ꝛ post hoc infunde sed modicū vinum ad vulnus:qꝛ illud mūdat vulnera ꝛ putrefieri non permittit.

¶ Unguentum contra siccitatē membrorū. Qn̄ aliquod mēbrum exiccatur in homie sic cōficiat̄.

Recipe. Cattum integrum ꝛ impone ad vnaꝫ aucā ꝛ assa aucam vna cum catto ꝛ pinguedinem que in de stillauerit collige ꝛ serua:ꝛ cum eodeꝫ membra que exiccari incipiunt perunge. Si vero totus homo exiccatur seu omnia membra hominis:tunc recipe cattulos iuuenes ꝛ excoque eos in caldari ꝛ sic ille humectetur in caldari illo seu in brodio in quo cattuli sunt decocti ꝛ sanabitur deo iuuante.

¶ Confectio vnguenti attractiui.

Recipe sepum ceruinū seu arietis castrati vel hyrcinum ꝛ liquefac in patella ꝛ appone parum de creta munda:ꝛ modicū de resina:hoc est quartaꝫ partem resine respectu sepi:ꝛ oleum oliue ꝛ contunde totum bene in mortario.

¶ Unguentum fuscum contra vulnera fetida vbi no sunt crescere carnes.

Recipe oleum oliue:ꝛ lardū sub vno pōdere:ꝛ pone ad patellam vt simul buliant paulatim: postea pone tertiaꝫ partē de resina:ꝛ tūc recipe pulueres thuris:ꝛ myrre nigre:ꝛ sit de myrra plus q̄ d̄ thure:ꝛ coque hoc totū simul:ꝛ sic postea appone parꝫ de galbano:ꝛ indurare debes cū cera modica.

¶ Unguentum dyaquilon ꝛ vnguentum prutenicum prusk maztb.

Recipe litargiriū ꝛ cōtere simul. Cenobriū ꝛ inspargē in oleū oliue:ꝛ pone in patellam eream ꝛ mitte bulire semper mouendo cum spatula:ꝛ quando videbis q̄ incipiet rubescere:tunc appone modicū de cera plus q̄ʒ de galbano ꝛ effunde super aquaꝫ mundā:ꝛ si vis habere pulchrum tunc appone serapinum ꝛ erit multum delectabile.

¶ Unguentum album sic fit.

Recipe cerusam:ꝛ thus album:ꝛ appone de galbano modicū:ꝛ lapillos albos:q in cancro repeִriunt̄:ꝛ contere omnia in puluerem ꝛ liquefac cuꝫ aqua rosacea ꝛ contere bene vsq̄ ad cōsumptionē aque:ꝛ cōmiscecū oleo oliue:ꝛ fac bulire.

¶ Unguētū retentiuū ad vulnera fetida.

Recipe mel ꝛ liquefac in igne: ꝛ aquā rute cōmisce illis simul ꝛ habebis.

¶ Unguentū populeon qn̄ vulnera inflant̄.

Recipe nodulos de populo de tali arbore:ꝛ contunde illos cū noua axungia que tunc temporis haberi potest:ꝛ serua ꝛ cooperi benē in pixide vel in olla vitreata: postea recipe foliū iusquiami:ꝛ acrimonie:plantaginis:ꝛ millefolij: trifolium: ꝛ marrubium:balsamum: mentam: ꝛ mentam equinam zembs:feniculum:ꝛ omnia illa simul equali pondere accipe ꝛ contunde ꝛ pone in vinum ꝛ mitte stare per aliquos dies:ꝛ tunc excipere herbas predictas quando tibi videbitur conueniens ꝛ appone confectum quod prius feceras de modulis populi:ꝛ aruina noua:ꝛ cōmisce simul:ꝛ pone ad caldarium paruum:ꝛ buliat simul totum: ꝛ postea in sacculum funde seu cola.

¶ Syrupus vulneratorum.

Recipe tormentillam:agrimoniam:diptamū illaꝫ herbam:ꝛ myrram rubeam:ꝛ coque bene in ceruisia antiqua:ꝛ cola per panniculum lineum:ꝛ quando infrigidabit̄ da ifirmo sero ꝛ mane ad bibēdū

¶ Unguentum ad paralisim sic laboratur siue sit in capite siue in alio membro.

Recipe iuniperium:ꝛ aruinam galline: ꝛ contunde bene simul ꝛ pone ad patellam vt liquefiat ꝛ cola ꝛ sint ambo sub pondere equali.

¶ Ad paralisim ꝛ fiat ignis bon⁹ ꝛ sic vngat̄.

Recipe medullam de ossibus equi:ꝛ liquefac i patela ꝛ vnge locum dolentem vbi regnat paralisis. Et nota q̄ viris debet esse ex ossibus equi: mulieribus vero de ossibus eque.

¶ Contra paralisim cui stat in oculis.

Recipe vinum bonum:ꝛ fauū mellis: in eadeꝫ mēsura:ꝛ radices celidonie:ꝛ feniculi:si vis cum herbis:ꝛ concute illa bene:ꝛ postea calefac circa ignē ꝛ cola ꝛ emplastretur super oculos.

¶ Unguētū vt quasi vno die vulnus sanet̄.

Recipe lanceolam illam herbam:ꝛ illa est consimilis plātagini:sed planiora habet folia ꝛ longiora ꝛ contūde eam cū noua aruina:ꝛ postea in patella dissolue ꝛ fac emplastrum:ꝛ pone sup vuln⁹ sed pulueres sentias faciēs de eis:ꝛ cū eadē herba potes humectare iflatiōes in circuitu vulneris

¶ Unguentum rufum ꝛ valebit maxime quādo aliquis leuans graue pondus offendit se vel inflat̄ ab intus vel hꝫ spatulas ab intra.

Recipe herbas quasdam rubeas. Rubea tinctoruꝫ vel vngulo sa maior:bethonice: Ezeruene:koꝛz venye:ꝛ ablue bene:postea vero post ablutionem depone corticem superiorem:ꝛ pone ad butyrum: quod in Maio mense est laboratum si habere potes ꝛ coque simul valde bene:sic tamē fac q̄ herba butyrum preualeat:ꝛ appone radicem vnam vel duas d̄ acrimonia. Et si nō potes habere butyꝝ Maij:tunc recipe illud butyrum quod est laboratum in vna septimana ante natiuitatem beate virginis Marie vel quod est paratum ante festuꝫ sanctorum Philippi ꝛ Jacobi apostolorum: tertia die vel prima.

¶ Contra combustionē ignis vel aque.

Recipe furfures siliginis:ꝛ combure in noua testa hoc contere bene ꝛ contritum da in circuitu manui vel pedi ꝛ sanaberis.

¶ Remedium bonum ad paralisim.

Unge locum vbi turbaris in calida stupha vel circa ignem vino cremato vel etiam si pes vel man⁹ incuruat̄ a paralisi taliter fac ꝛ sanaberis.

¶ Unguentum sanatiuū:ꝛ quod facit crescere carnes.

Recipe sepum ceruinum:ꝛ plantaginem cū semine ꝛ radice. Si autem semē plantago non habuerit sic q̄ esset in mense Maio:tunc recipe radicem cum folijs contunde simul cum oleo oliue:ꝛ decoque super lento igne:sic vt buliat per integram horam primitus:postea appone resinam:ꝛ commisce hoc totum simul vt buliat ita diu donec illa resina liquefiat:sed non amplius:postea cola p pā-

num ad nouam patellam: post hoc recipe tria vel quatuor coclearia de vino bono: et infunde in illud confectum: sic iterum tere ad bonam horam et postquam illud vinum consumetur: tunc iterum funde tantum de vino vt prius: et sic semper extere et effunde modo predicto: et hoc fac ita diu donec non erit vnguentum album sic abiectum: et donec adherebit mortariolo: sicut bitumen: et postea appone ceruse dimidium alterum loth: et hoc si fuerit vnum quartale: tunc de cerusa appones: et hoc illuc insparge et contere bene: et serua in pixide: et vtere eo quando oportunum fuerit.

¶ Unguentum dialtee contra siccitatem.

Recipe medullam de ossibus caninis: et medullam de ossibus equinis: et antiquam aruinam: et herbam que crescit in segetibus et vocatur Ermodactilus: et est hec herba precise sicut cepe: et omnia illa simul bene decoque: et contunde: et liquefac in patella: et cola ad pixidem: et membra que exiccantur sepe iungantur.

¶ Contra calculum.

Recipe zinziber: balsamum: et zeduariam: et flores muscati: et longum piper: et lapillos cancri: de quolibet vnum lothonem: et contere hoc simul valde bene et da infirmo ad bibendum in vino: et precipue in balneo.

¶ Ad idem.

Hec est quedam breuis medicina que a solo deo venit. Accipe sucum feniculi: petrosilij: apij: et in suco istarum pone micam panis: et pone super renes: et super vesicam: et non tantum vrinam prouocat verum etiam lapidem frangit.

¶ Ad idem.

Idem facit paritaria comesta vel bibita cum vino vel puluis eius cum albo vino potatus.

¶ De calculo frangendo.

Hec quedam veneranda optima et perfecta ad frangendum lapidem medicina. recipe radicem feniculi: et saxifragie: petrosilij: equaliter de omnibus. Item radicem bardane siue lappe ad quantitatem omnium istarum rerum: et hec in partes minimas diuidantur et ponantur in tanta aqua quantum videbitur sufficere bulliaturque vsque ad consumationem tertie partis aque: et post hoc sumat patiens mane et sero ad quantitatem mediocris ciati: et si aqua predicta nimis amara fuerit bulliatur de liquiritia cum aqua predicta quantum videbitur. et si malum patientis recens est curabitur ad octo dies. si vero antiquum fuerit ad quindecim dies.

¶ Ad arenas expellendas.

Talis enim cura supradicta est seruanda nisi quod loco saxifragie due vel tres partes plantaginis apponantur et operandum est in praxi predicta.

¶ Unguentum contra combustionem.

Recipe olei rosarum. ℥. j. cere. ʒ. ij. cerusam. ℥. s. clarum oui vnius: hoc totum optime verberetur et incorporetur: et fac vnguentum: et vngatur ex eo locus combustionis quotidie et mirabiliter prodest.

¶ Unguentum ad scabiem.

Recipe aloepaticum: oleum laurinum: argentum viuum: et saluiam: et fiat vnguentum: et cum illo scabies perungatur.

¶ Aliud experimentum probatum.

Recipe auri pigmenti. ℥. ij. argenti viui. ℥. i. plumbi vsti. ℥. j. et ducantur fortiter: et misceantur cum oleo et aceto vini: et ex illo scabies perungatur.

¶ Experimentum magistri Petri hispani contra omnem maculam oculorum.

Recipe feniculi: verbene: rute: rosarum: eufragie sileris montani: bethonice: celidonie: capillorum veneris: ana quassa bene: et impone in albo vino per diem naturalem. Secundo die distilla per alembicum: et quod primo stillauerit quasi argentum: secundo quasi aurum: tertio quasi balsamus habetur: et hoc seruetur in tribus ampullis: et cum opus est detur nobilibus et delicatis pro balsamo. alijs vero pro auro et argento.

¶ Isti sunt pulueres optimi super omnia vulnera que sequuntur.

Recipe vinum nigrum: hoc est rubeum nimis et pulstein cuiuslibet. j. loth: gumi arabici. iij. loth: muscatum: et thus album cuiuslibet. j. loth sanguinem draconis: et mumiam. j. loth. ista omnia contunde adinuicem: et fac puluerem ex ipsis: et illos serua ad necessitatem quando indigueris.

¶ Apostolicon tale vnguentum sic fit.

Recipe nigram picem arabicam cuiuslibet. i. libram.
Recipe etiam galbani: et serapini: armoniaci: oppoponacis: colofonie cuiuslibet. j. loth: et ceram vj. loth. Escra mediam libram: hec omnia misce adinuicem: et coque modicum: et postea accipe masticem: et albeam: siue olibanum: et contere bene in puluerem: et terbentinam cuiuslibet. i. loth: hec omnia misce adinuicem: et permitte liquefieri valde bene: et exprime per panniculum super aquam frigidam: post hoc excipe de aqua: et volue illud bene in manibus ad ignem cum oleo: vt sit modicum molle: hoc enim plastrum sanat vulnera fistulam apostema: et omnem fluxum imundum in carne cessare facit et sanat.

¶ Unguentum bonum ad vulnera sananda.

Accipe picem arabicam. i. picem non temperatam: ceram simplicem oppoponacum flores iris cuiuslibet medium loth et bolvuorcz. Aristologia rotunda: thus album cuiuslibet medium loth: litargirij. ij. loth. Ista omnia excoquantur in vino quartali aceti fortis valde ita bene vt molle fiant. Et postea ista videlicet: ceram: picem: et picem arabicam: et. ij. libras olei: et illa omnia permitte successiue liquefieri inuicem: et sic excoque vides bene ne comburantur in aliqua parte: ideo debes interius continue miscere et mouere: post hec resinas abijce et refrigera modicum pone ad pixidem: et isto vnguento vngatur panniculus: et ponatur super vulnera: et hoc contrahit: et curat sanguinem malum de ipsis vulneribus.

¶ Unguentum ad vulnera quod cito generat carnes.

Accipe de oleo oliue quatuor loth: faui mellis tres loth: gumi arabicum: thus verum de quolibet medium loth: et mole sicut farinam: et misce simul totum: et liquefac super ignem modicum: et misce continue siue moue in olla ne comburantur: et operare illo vnguento quando vis.

¶ Unguentum quod dicitur gratia dei.

Recipe terbentine. libras. iii. resine: lib. i. olibani: masticis ana. ℥. i. myrre. ℥. ii. cere virginee. ℥. iiii. bdellii. ℥. i. verbene: pimpinelle: bethonice: cum adhuc recentes existunt: ana manipulum. i. et decoquantur in vino albo vsque ad consumptionem tertie partis: postea coletur et colatura super ignem ponatur

ad buliendum. Et impone ceram resinā: ⁊ masticez: olibanū: myrrā: bdelium: quousqꝫ bene cōmisceā-tur semp agitando cum spatula: post hoc impone terbentinam: ⁊ aliquantulum de oleo oliue: ⁊ iteꝝ agitetur cuꝫ spatula: done infrigidetur: ⁊ qđ notat colliget: residuū vero valet podagricis.

¶ Uel ēt ꝑdictum taliter pōt laborari.

Recipe succi verbene: pimpinelle: bethonice: brune te.i. consolide plantaginis lanceole: ana lib. ꝫ. suci api. quar. iiij. resine. lib. i. terbētine lib. v. masticis: olibani ana. ℥. i. myrre. ℥. i. cere virginee. ℥. iiij. ⁊ in vino odorifero bulliant suci: ⁊ valet ꝯtra cācrū: ⁊ ꝯ morsum venenosum: ⁊ puncturā: valet ēt ad omne vulnus recēs ⁊ ēt sanat apostemata in costis: ⁊ in epate: ⁊ in splene: ⁊ in ꝑncipio foris emplastretur.

¶ Unguētū bonum ad gingiuas.

Recipe aluminis vnum loth: ⁊ mellis. ij. loth: ⁊ illa duo simul cōmisceant: ⁊ cū illa dentes ⁊ gingiue iungant ⁊ curabit putredo eoꝝ.

¶ Ad vulnus sanandum.

Recipe myrrā: thus: attramētū cuiuslibet. i. loth: ⁊ ad ampliādū vulnus appone medullā sambuci ēt vnū loth: ⁊ illa oia simul cōfice in puluerē: ⁊ sparge modicū ad vulnus: post hoc calefac bene ⁊ suppo ne vulneri: ⁊ trāsiet adinuicē sub illo ⁊ sanabit: sed debes cōprimere vulnus bene duobus digitis ad-inuicem: ⁊ sic postea quarta die eligetur multum pulchre: post hoc sanetur velut alia vulnera.

Ad idem puluis bonus.

Pulueriza piper cum puluere carbonis quercini ⁊ suppone die vno vel duobus ⁊ sanabitur.

¶ Aliud antidotum ad vulnera sananda.

Recipe mel: ⁊ vermes longos q infimo crescunt: hec duo cōfice in puluerē: ⁊ sparge ad vulnꝰ ⁊ sa-nabit: ⁊ hoc vtriusqꝫ ana: ⁊ cōburi dꝫ in testa noua: ⁊ vulnus sanabit sine oīum fluxu imunditiarum.

¶ Contra dolorem capitis.

Recipe thus: myrrā: piper: saluiam: acetum: oleuꝫ: ⁊ illa oia simul cōmisce ⁊ decoquas bene: ⁊ tunc cū illo caput perunge ⁊ liga lintheo.

¶ Unguentum ad vulnus qđ dr̄ lupus.

Recipe albū thus: ⁊ tere modicū ad modū pulmē ti ⁊ cōmisce optime cum claro oui adinuicem: ⁊ tūc line supra pāniculum canapeum: ⁊ si istud habere non potes: tunc recipe barbā iouis: ⁊ forma ex ea emplastrum: ⁊ tali dolori superpone.

¶ Antidotū empl'i boni ⁊ optimi sup vulnera.

Recipe thus: ⁊ aloe: ⁊ cōtundant adinuicē cū cla-ro oui: ⁊ istud ponat sup vulnera vbi vene fuerint incise ⁊ cruentāt multuꝫ. Istud tādiu ꝑmittat super vulnera donec vene ⁊ sanguis adinuicem creuerit si tñ magis indigeret: tūc laboret huiusmodi medi cina ⁊ empl'm ex nouo ⁊ supponat vulneri totiens donec crescet adinuicē pamphili ⁊ malue simul cō trite ⁊ sup vulnera posite curant vulnera sangui-nolenta ⁊ fluentia: ⁊ fortius: ⁊ melius qꝫ aliud em-plastrum. Si aūt cum axungia cōtunditur: ⁊ super vulnera ponitur sanat summe bene vulnera.

¶ Aliud emplastrum super vulnera.

Serpilliū romanū. i. romischkol cōtū dat cū vino ⁊ sup vulnꝰ ponat sanat multum bene. Item absin-thium concussuꝫ ⁊ recēter super vulnus positum sanat ipsa vulnera.

¶ Unguentum bonū ad omnia vulnera.

Recipe aruinā leporis: ⁊ aruinā porci nō castrati siue apri: ⁊ h totū simul cōfice qđ densum fiat: ⁊ ca-ua illud ⁊ post hoc in melle decoque: deinde reci-pe absinthium: vel succū absinthij ⁊ tempera cum predictis ad horam vnius diei: ⁊ hoc vnguentum seruabis qꝫdiu placet.

¶ Ad mundationem vulnerum.

Recipe cōsolidā maiorē talē herbā ⁊ depone su-periorē corticē: medietatēqꝫ eius abijce: residuuꝫ vero cōtunde: ⁊ misce cū aqua: ⁊ pone sup folium nigri oleris. Suuarczkol ⁊ superpone vulneri ⁊ sa-nabitur in octo vel nouem diebus.

¶ Unguentum ad vulnera.

Recipe oleū oliue. iiij. loth. fauimellis. iij. loth gū mū arabicū: ⁊ thus vetus: de quolibet mediū loth ⁊ molle sicut farina: ⁊ misce simul totum ⁊ dimitte vt liquefiat sup ignē modicū: ⁊ cōmisce continue in olla vt nō cōburat ⁊ opare illo vnguēto qñ vis.

¶ Contra scabiem seu pruritum.

Recipe aquā in q porcus vel sus mūdatus ē a car nifice post interfectionē illam cū dormire volueris calefac ⁊ laua pedes ex ea ⁊ pone ad aquam eādē vsqꝫ genua ⁊ inuolue pedes in pannuꝫ ⁊ de mane cū surgis dyalteā ⁊ populeon: ⁊ illa duo vnguēta simul cōmisceant: ⁊ vnge pedes scabiosos: ⁊ etiaꝫ tere seu frica bene pedes cum pilis qui sunt in scro-pha depositi in aqua ꝑdicta: ⁊ sic cū vnguento ꝑ-dicto perunge ⁊ sanaberis.

¶ De emplastris.

Emplastra bona fiunt ex rosis ⁊ violis: cera: pice: melle: ⁊ oleo oliue: illa fac bulire simul: ⁊ exprime ꝑ pannum ⁊ intinge pannos: ⁊ pone ad pixidem ⁊ serua ad placitum tuū quando indigueris.

¶ Unguentum Ipocratis.

Recipe anguillā ⁊ decoque in aqua: ⁊ supnatantē pinguedinē collige ⁊ cōgrega. post h recipe aquā piguē ⁊ gallinā ⁊ decoque sine sale: ⁊ simili modo piguedinē supnatantē collige: ⁊ tūc recipe succū sal-uie: rute: ⁊ absinthii: ⁊ elebori: qđ iacet i terra: ⁊ her bā q vocat lingua canis. Ista oia simul cōmisce: ⁊ quodcūqꝫ vulnus fuerit vnctū nō idiget empl'o.

¶ Unguentū fuscū laboratur sic.

Recipe masticis: galbani terbētine: ana. ℥. i. ⁊ cōfi-ciant sic oleū oliue i caldari sup ignē mittat ⁊ ad-dat cera: ⁊ liqfacta ponat colofonia: deinde gūmi serapini: ⁊ terbētine: deinde masticis: ⁊ olibani: ⁊ hoc cum spatula semꝑ agitet donec coctum fuerit: deinde infrigidatum vsui serua.

¶ Unguentum album.

Recipe ceruse lib. ii. litargirii. ℥. i. olibani. ℥. ꝫ. ma-sticis. ℥. i. vnaqueqꝫ res ꝑ se terat: ⁊ puluis ceruse cum pauco oleo oliue distēperetur: postea addat litargiriū: deinde mastix: ⁊ olibanū addat ⁊ cū pi-stello paulatiꝫ agitetur quāto melius pōt ⁊ vltima vice de aqua rosaꝝ parum addat: ⁊ tādiu ducatur donec spissum vel liquidū fuerit ⁊ serua vsui.

¶ Contra paralisim.

Recipe anserem: ⁊ pone in eam anguillam in fru-stra sectam seu diuisam: ⁊ assa: ⁊ cum illa pingue-dine vnge locum vbi turbaris.

¶ Contra paralisim.

Recipe murilegū nigrum: ⁊ impone in eū sinapi: ⁊ similiter assa ⁊ pinguedinē que inde stillauerit col lige: ⁊ locum paraliticū perunge.

Sensus cōmu-
nis.

Cellula ymagi-
natiua:

Cellula estimati
ua seu cogitatiua
et rationalis:

Cellulla memo-
ratiua.

Allopitia
Appoplexia
Asma
Artetica
Asclites
Arteriaca
Aximeron
Antrax.
Amissio rationis
Apostema.
Bolismus
Casus capillorum
Cephalea
Coriza.
Catarrus
Colica
Calculus.

Squinan tia:

vngues mali

Lepra
Litargia
Lienteria
Lumbrici.
Morphea.
Mania.
Neufresis
Opilatio ner
uorum
Obtalmia
opilatō splene
Paralesis
Peripleumo
nia.
Pleuresis
Ptisis
Profluuiuz
Polipus
Podagra.
Reuma.

Gutta

Artetica

passio:
cardiaca

artetica

Ciragra

ciragra

Pellis et auriga ubi sit simplicia membra.
Os neruus vena caro cartilago quoque corda

Cancer
Ciragra
Cardiaca
Diamires
Dissenteria
Diaria
Diabetes
Effimera
Emigranea
Epilentia
Empima
Exitus ani.
Emorroydes
Febres
Fistula
Ficus
Frenesis
Fastidium
Fluxus sanguis
Gomorrea
Gutta
Hopilatio

Vngues mali

Cancer testicu-
lorum

Scotomia et
vertigo.
Stupor mētis
Sternutatio
Spasmus
Squinantia
Sincopis
Singultus
Stranguria
Satiriasis
Suffocatio ma
tricis
Sciatica
Serpigo
Scurtia
Tetanus
Tenasmon
Tussis
Venenum
Viscerana
Vertigo
Vlceratio lin-
gue.

Idrosorbia
Imperigo
Incubus
Iliaca passio:
Ilcos

Idrops
leucoflegmati
yposarcha
Asclites
timpanites

Spasmus

Spasmus

podagra

podagra

Epar cor stoma
ch⁹ caput ⁊ splē
pes man⁹ ⁊ ren.
matrix vesica st
officialia m̄bra.



Alopicia est casus capillorum cum vl-
ceribus. Cura: vngule capre vste: ⁊ cū
pice liquida trite ⁊ illinite: allopiciam
sanant. Auicen. Serap. kir. Alber. lib.
xxv. ¶ Appoplexia ē passio cerebri officialis aufe
rens sensum: ⁊ erectionem toti corpori repente ⁊ su
bito magna voce precedente ꝓpter oppillationē
in meatibus ⁊ ventriculis cerebri tam principali-
bus q̄ non principalibus. Cura: vtaris tiriaca cū
vino. Auicē. prima quinti. ⁊ genitalibus cunctis q̄
sint cocta cū ruta. ¶ Asma ē difficultas anhelandi
sine sonitu. Cura: decoquantur malue in olla: ⁊ ex
illa lauetur calide infirmus ⁊ etiā sumatur scutel-
la plena furfuribus illa coquantur cum butyro: ⁊
condiantur modicum: ⁊ hoc imponatur sacculo:
⁊ cōsuat: ⁊ sup sacculū illum locetur infirmus: ⁊ re
sanabitur: ⁊ oꝫ in balneo esse: ⁊ sedere sup istas co
ctas herbas: ⁊ istud sepius facere tenet ⁊ sanabit:
⁊ post hoc vngat dyaltea cū isto butyro hoc facto
minuat de pede inferius sub talo. ¶ Artetica ē pas
sio ab articulo dicta: ⁊ ē species gutte. Cura: accipe
cantarides: ⁊ puluerem piperis: ⁊ sparge sup cerā
calidā: ⁊ sic pone sup locū dolentē ꝑ vnam noctē:
⁊ mane inuenies vnam vesicam: tūc impones cerā
extrahens aquā ⁊ sanabit. ¶ Asclites ē spēs ydro-
pisis ex grossa ventositate effecta. Et dicit ab ascli
grece q̄d est venter latine. Cura: vide de ydropisi.
¶ Arteriaca passio ex asperitate fit trachee artarie
cum voce mansueta: ⁊ raucedine: ⁊ excreatione cum
difficultate. Cura: tapsus barbatus cū vino rubeo
⁊ forti decoctus ⁊ loco frequēter cataplasmatus
multum valet. ¶ Aximeron ē genitalium partiū
oppilatio. ¶ Antrax est quedam pustula pessima
que quando fit in homine comburit carnem circū-
quaq̄: ⁊ facit foramē antrum: ⁊ putrescit caro vsq̄
ad ossa. ¶ Amissio rōnis fit qn̄ homo frenesiā pa-
titur: qm̄ tūc solet fatuizare veluti fatu⁹ vel amēs.
Cura. recipe crocum ⁊ vrinam ꝓpriam: ⁊ de mane
bibat ⁊ curabitur. ¶ Apostema patet q̄ se quid sit.
Cura. Recipe bolū armenicum ⁊ terram sigillatā:
⁊ incide ⁊ vtrūq̄ ad calidum vinum pone: ⁊ de ma
ne bibe ⁊ scito quia non permittit ad cor ascendere
ipsum apostema.



Bolismus ē immoderatus vel caninus
appetitus vel irrationalis: ⁊ ē passio
stomachi ex frigida causa. Cura alibi
videatur de passionibus stomachi.



Casus capilloꝝ est quādo crines descē
dunt de capite: ⁊ hoc maxime fit post i-
firmitatē. Cura: adeps vrsi capiti illini-
tus multum prodest. Sextus ⁊ Plini-
us lib. viij. capitulo. xxxvi. ⁊ lib. xxviij.
cap. x. ¶ Cephalea est dolor totius capitis. Cura:
thus myrram piper saluiā acetum alleū commisce
⁊ decoquas: ⁊ vnge caput ⁊ liga lintheo. ¶ Cori-
za est cōstrictio nariū a poro cerebri decurrens ad
nares. ¶ Catarrus est fluxus a capite versus pe-
ctus: ⁊ causatur multipliciter: aliquando ex frigo-
re magno: aliquando ex crapula: aliquando ex ca
lore superfluo. Si fuerit ex calore superfluo: tūc mi-
nuatur de vena cephalica: ⁊ vngatur frōs vnguē-
to ⁊ oleo rosarum: similiter ⁊ caput: oleo baccha-
rum lauri vel cū dyaltea. Si aūt ex crapula: tūc sū-
me ꝑcauere oꝫ ne nimis comedat aut bibat: sꝫ mo-
derate. ¶ Colica est passio intestinorū grauis q̄ fit
iuxta vmbilicū. Haly. Cura: stercus caprinum lo-
co dolenti illinitum curat. Sextus. stercus canis.
¶ Calculus dicit esse lapis in vesica vel in renibus
generatus. Cura: grana iuniperi mixta cū medone
simulq̄ concussa ⁊ expressa ꝑ pāniculum: ⁊ iterum
de nouo succus per pannū colet ⁊ detur patiēti i
balneo sedēti. Lix oleū ex ligno eius. ¶ Cancer est
quedam vulneris spēs carnes corrodēs ⁊ quasdā
habens venulas circūquaq̄ distentas ad modum
criniū cancri. Cura: stercus anserinū fixatum bene
cum butyro iterficit cancrū: ⁊ oꝫ prius ꝑ pānuꝫ co-
lari: ⁊ sic illiniri vulnus in circuitu. ¶ Ciragra est
paralisis manuū. Cura. Recipe succū mellis ⁊ mi-
sce cū farina ordeacea: ⁊ decoque quasi pulmentū
⁊ fac ex eo emplm̄ ⁊ suppone dolori calide. ¶ Car
diaca est infirmitas ex qua cor trepidat ⁊ euenit
multipliciter. aliquando euenit ex calore magno ⁊
ex sanguine supabundanti. Cura: ⁊ tunc debet mi-
nuere de manu sinistra: ⁊ vnge cum vnguento po-
puleon. ⁊ oleo violaꝝ: ⁊ vtat electuario isto. recipe
violarum rosarum nouellaꝝ vel titiradys Iuli. si
militer vtatur carnib⁹ nouelloꝝ pulloꝝ ⁊ iuuenū
⁊ aliaꝝ carniū: post hec facies sibi emplastrum. acci
pe rosas violas linū recens: hec oīa coque ⁊ pone
sup stomachū ⁊ priusq̄ coquat oꝫ contundi: ⁊ sic
decoque. Si vero infirmitas illa euenit ex frigore
tunc assumāt diamargariton. Nicolaus ⁊ hāc me-
dicinam recipiat. Cinamomū gariophilos cubebe
lignum aloes: ⁊ os de corde cerui cuiuslibet con-
iunctim: ⁊ contunde bene inuicem ⁊ appone. Reci-
pe violarum vnum fertonem anisum vnam librā:
quia illud confectum fortiter fortificat omnes ar-
tus in homine. Si aūt illa infirmitas fit ex sudore
nimio: tunc repurgetur: vt nō sudet magis: al's cor
pus corrumperetur: vel cardiaca passio est qn̄ totū
corpus resoluitur in sudorē continuum ⁊ dicitur
diaforetica. i. apertio pororum.



Dyamires ē inuoluntaria vrine emissio i
somnis. Disuria ē difficultas mingē-
di. Cura: oleo petroleon corpus vnga
tur circa partes dolētes. Cir. ¶ Dissen
teria est fluxus ventris sanguineus cū
corrosione ⁊ vlceratione intestinorum. Cura: lac
asine bibatur stomacho ieiuno. Haly. ⁊ Plinius li-
bro vigesimooctauo. capi. nono. ¶ Diarria est flu
xus ventris simplex quando fluunt humores diuer
si de ventre. Cura: stercus canis sola ossa comedē-
tis constringit ventrem fortiter ⁊ hec magister aui
cenna docet. ¶ Diabetes est immoderata renū at-
tractio vel est immoderatus fluxus vrine hoc est
quando totiens mingitur quotiens bibitur. Cu-
ra: pone agrimoniam ad saccum ⁊ excoque cum
vino antiquo donec tertia pars ebulierit. ⁊ adhuc
appōe modicū salis cocti ⁊ bibe illō ⁊ sanaberis.



Effimera est febris ex distēperantia spi-
rituum procedens vltra diem tertium
ꝛm sui naturam non se extendens. Cu
ra: contra effimerā diuersam vene ape
riantur vt in tabula de minutionibus.
¶ Emigranea est dolor medie partis capitis siue
interioris. siue exterioris. Cura: contra emigra-
neam sciaticam colicam ⁊ iliaticam. recipe calcem
viuam ciminum tartarum olibanum baccā lau-

ri sinapi:⁊ mel crudum ⁊ fac confectionem emplastri ⁊ superpone dolenti loco. ¶ Epilensia est morbus cerebri officialis auferens sensum ⁊ erectionē toti corpori cum perturbatione motus maxime propter opilationē in ventriculis cerebri non principalibus. Cura: detur fimus ciconie i aqua ⁊ melle mixtus ad bibendum infirmo curat: Auctor pādectarum. ¶ Empima est sputum saniosum in cōcauitate pectoris existens aut pulmonis vel empima est passio quando sanies excreatur. inde empima. i. saniem expuentes quia empima grece sanies latine dicitur. ¶ Exitus ani est quando quoddaz intestinum homines egreditur per anum. dum vadit ad secessum. Cura. Recipe aloes epaticuz ⁊ liquefac postmodum infrigidato inunge intestinuz ⁊ trude viceuersa ⁊ si amplius exierit iterum inunge quousqꝫ manebit Sera. ⁊ Auicen. ¶ Emorroides sunt quinqꝫ venule existentes in ano per quas solet fluxus fieri vel emorrois est apertio vene inferioris que cuz ano exit. emachim. n. grece sanguis dicitur latine. inde emorrois. i. sanguinis fluxus p inferiora talis infirmitas aliquando generatur ex sanguine superfluo. Cura: contra hanc infirmitatē minuatur sub talo. si autem talis passio fuerit recens ⁊ primo orta tunc. Recipe oleuz oliue serenissimum ⁊ madidetur in eodem panniculus ⁊ ponatur super dolorem eundem.

Febris est calor innaturalis mutatus in igneum ⁊ est multiplex vt superius circa imaginē videri pōt. Febris continua est que fit de flegmate putrefacto. Cura: accipe solsequiū cuz radice sua ⁊ in partes incide minutas ⁊ cuz aceto bene decoque ⁊ da patienti de mane ⁊ de vespere. Febris tertiana est que fit de colera putrefacta similiter in corpore. cura: recipe pimpinellam ⁊ benedictaz albam ⁊ has herbas decoque pariter cum aceto ad bonam horam diei ⁊ tunc cola per pannū ⁊ da bibere paciēti de mane ⁊ vespere. cura cōtra quartanā. Recipe petrosilium ⁊ cū radicibus decoque pariter cū aceto ad bonā horam diei:⁊ tunc cola p pannum ⁊ in vitrum infunde ⁊ cooperias per noctem mittens sic stare ⁊ mane iterum per pannum debet colari ⁊ da patienti bibere ieiuno stomacho ⁊ intinge pannū in eadem aqua ⁊ caput eius circunliga. ¶ Febris effimera patuit de se. Cura: sucus cubebe mixtus cum oleo rosarum ⁊ inunctus pulsibus ⁊ super cor illinitus omnem calorem febrium mitigat. ¶ Febris ethica idem est qꝫ ptisis plantarius habuit quendam patientem viribus defectū ⁊ posuit ipm in balneum aqueū in quo fuerūt resoluta cornicis oua ⁊ post balneū fortificatus exiuit. Item cibus optimus ethicis: terantur pupille alarum gallinarum ⁊ trite distemperentur cum lacte ouino ⁊ addantur vitellam ouoꝝ ⁊ parum polente frumenti ⁊ buliat ad spissitudinem ⁊ adde parum de zucharo. ¶ Febris acuta idem est qd̄ febris occulta. ¶ Febris autem cōtinua hoc habet remedium. Ad mitigandum feruorem in febre cōtinua. Cura: Folia caulis coquantur cum aceto veteri ⁊ terantur cum oleo rosa. ⁊ emplastretur super stomachū multum prodest. Et idem potest fieri cum folys salicis:⁊ folijs albarum vitium rosaꝝ ⁊ similibus.

¶ Fistula dicitur esse quoddam vlcus qd̄ non plenarie reseruatur ⁊ ante reseruationē cicatrix illius vulneris clauditur ⁊ sic illa sanies que prius d̄ vulnere plenarie non exiuit facit sub cute latum locum. in superficie vero vulneris valde strictuz habet foramen. Cura: excoquatur anisum in aceto ⁊ illud bibat patiens ⁊ fistula cessabit in eo. Item fistula multa foramina habet ⁊ non recta sed obliqua qꝫ medicina intrare non possit etiam nil melius est q̄z stercus caprinum temperatuz cum melle ⁊ tepide suppone: quia omnem tumorem soluit putredinem extrahit. ⁊ iniciatos vermes occidit:⁊ purgat ⁊ sanat fistulam ⁊ cancrum:⁊ dolorem mitigat. ¶ Ficus est quoddam vulcus quod solet crescere in ano vel in virga vel in naso vel in oculo. cura: contra ficum in oculo. Recipe medullam de ossibus bouinis ⁊ vitellum oui ⁊ oleum: hec omnia in patella coquas ⁊ exprime per panniculuz ⁊ vnge morbum ⁊ super pannuz pone ⁊ superpone dolori donec sanetur. Alia contra ficum vbicunqꝫ sit. Recipe plantaginis manipulos tres ⁊ millefolij ⁊ mētastri ana manipulos quatuor. hec omnia cōtundantur ⁊ sucus exprimatur. ⁊ addantur quatuor grana piperis triti:⁊. vij. grana mastico ieiune patiens bibat hanc potionem nouem diebus ⁊ continue renoua medicinam. ¶ Frenesis est apostema natum in miringa cerebri de ebulitiōe sanguinis vel calore vel vtriusqꝫ: miringa vero pellicula circundans cerebrum ⁊ est in aure que si rumperetur perpetue surdus efficeretur. Cura: Uena in medio frontis aperiatur. ¶ Fastidium est infirmitas repugnans comestioni ⁊ appetitum destruēs bonum. hec infirmitas sepius generatur ex languore nimio ipsius stomachi ⁊ omnium membroruz. Aliquando ex nimia sede peruenit ⁊ superflua sumptione potus. ⁊ interdum peruenit similiter ex frigore magno. Tunc ille sumat zucharum rosaceū: ⁊ etiam iuuat illum qui habet superfluam:⁊ stomachum confortat vel etiaz sibi detur diaaradon abbatis. Si vero euenit ex frigore modo: tunc ei detur diacitonniten Salie. Auicen. aut zinziber conditum: quia illa inducunt aliquo modo calorem ⁊ faciunt appetitum bonum. ¶ Fluxus sanguinis ē multiplex de ore: de auribus: de naso per anum: ⁊ f̄m illa omnia diuersas sortitur medicinas. cura: contra fluxum sanguinis per anum. Recipe semē plantaginis ⁊ concute in liquefactum butyrum tepidum: ⁊ statim super hoc incute oua ⁊ appone modicum de croco:⁊ hoc non contrito:⁊ da ei comedere.

¶ Contra fluxum sanguinis de naribus. cura: vena cephalica incidatur.


Omorea est inuoluntaria spermatis emissio. ¶ Gutta est quedam passio in scapula quando homo brachium leuare non potest:⁊ si leuat tunc cum magno dolore. cura. Recipe absinthiuz ⁊ coque in melle siue malaxetur ⁊ cōtundatur ⁊ fiat emplastrum ex illo ⁊ dolori superponatur.


Orripilatio est erectio crinium pre timore vel dispositio in qua inuenit corpus diuersitatem in frigore ⁊ punctionem in cute ⁊ lateribus: ⁊ antecedit eam pigritia ⁊ fractio est quasi maneries eius.


Ydrofobia dicitur passio melancolica in qua homines abhorrent aquam mũdam: et etiam sonum eius. ¶ Impetigo et serpigo sunt infectiones cutis de colera subtili mixta cum humore grosso.
¶ Incubus est fantasma in somno comprimens corpus et aggrauans motum et loquelam perturbans. ¶ Iliaca est passio intestinorum gracilium cum stipatione ventris frequenti vomitu et dolore vehementi tanq̃ si intestina terebello perforarentur. Ileos est idem. Et notandum q̃ interdum iliaca fit ex siccitate nimia: tũc vrina fit rubea et tenuis et tunc magnum calorem patitur infirmus. Ille curatur sic. Ungatur oleo violarum et vnguento populeon: post hoc detur ei exisatra .j. lib. illud sumatur mane et sero semper iria coclearia cũ aqua calida: post hoc sumat sucum rosarum et scamonee mixtum cũ vino calido valet sibi contra idem: hoc facto minuat sub talo in pede exterius. ¶ Idrops est error virtutis nutritiue in toto corpore sequẽs mutationem virtutis digestiue in epate. Et sunt ei⁹ quatuor species scilicet yposarcha. Asclites: timpanides: et lentoflegma. In timpaniti et asclitis solum venter inflatur et pes sicut posteriora macerátur. In alijs autem speciebus totum corpus inflatur. cura: contra idropisim. Recipe enulã campanam et contunde et sucum eius exprime per pannum et colligatur in testam oui et distemperetur cum fauo mellis: et da infirmo omni die plenam testã de succo: hoc fac vndeciz diebus luna decrescente vel deficiente quia etiaz homo in ventre decrescit. ¶ Impetigo est sicca scabies in cute vel in corpore. cura: due vene in faucibus oris incidantur.

Epra est morbus corrumpens formaz et compositionem membrorum et finaliter soluens contiuuum: proueniens de materia melancolica sparsa per totum corp⁹. cura: Recipe oleuz de ligno fraxini frustratim inciso: et fac ad modum aque rosacee et vngatur corpus sepius multum prodest.
¶ Litargia est apostema in posteriori parte cerebri sub tus carnem: vel litargia est apostema fleumaticum cum febre impupi cerebri natum: et cũ mẽtis obliuione: et litargia alia vera: alia non vera. vera litargia est quando homo semper dormit. Non vera inest qua homo non potest dormire. cura: capilli proprij vsti conficiantur cum aceto. et modica pice: et naribus apponatur: potenter excitat litargicos. ¶ Lienteria est fluxus ventris: in quo comesta et bibita egrediuntur in eisdem qualitatibus et quantitatibus in quibus intromissa sunt propter debilitatem contentiue stomachi et intestinoruz superiorum. cura: recipe sepum hyrcinum ceruisiam litargirum corticem glandium: emethich: sanguinem draconis cuiuslibet vnum loth. misce adinuicem: et hoc mixtũ trudas super lien: et sparge desuper modicum puluerem concrematum: et sic trudas ad corpus viceuersa et sanabitur eger. Si autem homo fuerit inflatus multum: ita q̃ lien subintrare non potest: tunc accipe allei vnam libram et decoque illud in medio quartale aque: et tunc super vapores illos ponatur eger: ita vt possit humectare corpus eius siue posteriora: q2 potest hoc corpus demollitur: et sic lien poterit bene imponi viceuersa. Cum vero ibit ad sedem tunc intrudat intestinuz digito: et hoc facto. Recipe pulueres crematos de cornu cerui thus et masticem isti pulueres superseminentur lieni et posterioribus et sanabitur. Et isti pulueres etiam reformant matricem mulieris si super scucjantur secretis ipsarum. Deinde accipe thus et colofoniam. Isti duo sparge super carbones ignis locans infirmum super illum fumum q̃ intret corpus ipsius et sanabitur lien.
¶ Lumbrici sunt vermes qui nascuntur in intestinis hominis seu alterius animalis. cura: comede zeduariam ieiunus attamen prius tene ad vnam horam in ore. et post hoc glutire debes: et tunc incõtinenti moriuntur omnes. Sequitur aliud remediũ contra lienteriam passionez quando quis magnas sedes patitur et homo estimat vt viscera ei⁹ exirent hec infirmitas interdum fit ex comestione nimia et ferculis malis: et talis egritudo mortificat hominem sepius. Et sic interduz detur ei zucharum rosaceum diaaradon abbatis vel rosatam nouellam. Et adhuc vngatur oleo rosarum et emplastrum conficiatur ex rosis: et ex pomis quercinis mastice et margaritis: hec omnia condiantur et excoquantur in aceto: et fiat positio super corpus ei⁹. Si autem illa infirmitas ex feruore processerit: tũc sibi vnguentum ex menta: et balneum ipsius aque in qua cocte sunt rose vue grich que cum costo: et scias q̃ hec medela multum prodest.

Orphea est defedatio cutis maculosa: vel morphea dicitur esse casus criniuz et barbe: et est differentia inter Allopiciam et morpheam: q2 allopicia est casus capillorum et crinium capitis. cura. Recipe oua formicarum et ebulum .j. atib contunde: et succum: et acetum bonum: et aurum purissimum pulverizetur: et cum eo vexura: idest locus perungatur. Item fel caprinum et sanguis vespertilionis perunctum caput aut barbam curat. ¶ Mania est insania vel alienatio mentis. vel sic: Mania est corruptio anime sine febre. cura: fercula eius sint leuia sicut caro capria: et pulli et noua oua assature molles et bibat vinum limphatum: et cum aqua permixtum balneetur et commisceatur cum mulieribus: quia per hoc ira sedatur et vesania mitigatur et inciditur ei vena circa pedicam paruam: quia talis minutio firme bene curat vel etiam alia minutio communis. Melancolia vero a nigro felle est dicta.

Eruorum oppilatio dicitur esse passio quando nerui oppilantur. cura: nerui adipe seu pinguedine accipitris sepius inungi debent. ¶ Neufresis dicit̃ esse dolor lumborum.

opthalmia
Btalmia est apostema nascens super albedinem oculorum. cura: vena in vtroq3 pede supra pedicam maiorem incidatur et multum prodest. ¶ Oppilatio splenis vel epatis est quando epar vel splen oppilatur vel obscuratur et non perficit opera digestiõis. cura. Recipe stercus vacce siccum et sucum vrtice tria oua olei optimi sulphuris confice hec et fac emplastrum et ẽ optimum: splenetici: epaticis: ydropicis: et hoc absconde q2 donum dei ẽ pensare volenti.


Paralesis est neruorum mollificatio cũ ablatione sensus et motus. Cura: recipe stercora pullorum. ciconie cum adhuc fiunt in nido contunde et cribra per pannum subtile: postea recipe axungiam porci et liquefac: et impone puluerem et fiat vnguentum cum quo vnge locũ dolentem. ¶ Paralesis viscerum est que causatur in visceribus. Cura: recipe hyrundines iuuenes: deinde excoria et viscera eorũ bene mundentur: et imponantur vice versa: et hoc assari debet: et mundare et comedere per tres dies. Aliud recipe ter quantum ad manuz potes capere de bacchis lauri viridibus et tantum de saluia: et decoquas bene in bona ceruisia triticiali: et bibe ieiuno stomacho. ¶ Peripleumonia ẽ apostema canalium pulmonis vel peripleumonia est collectio circa pulmonem: fit autem de humore collectio in partib9 pulmonis. ¶ Pleuresis est apostema calidum lacertorum seu panniculorum seu velaminum costarum. Et pleuresis a pleura costa dicitur: et inde tunc fiunt punctiones laterũ. Cura: contra laterum punctiones excoquatur mel cum lacte caprino et madefac i illo pãniculũ: et hoc superpone lateri languenti et cessabunt punctiones. ¶ Ptisis est humiditatis consumptio quãdo consumitur corpus et exiccatur: et ita quilibet exiccatus potest dici ptiscus: et febris ethica idem est. Cura: recipe rosam et polipodium et coque cum vino bene: et bibe sero et mane. ¶ Profluuium ẽ immoderata menstruorum emissio. Cura: stercus gatti cum resina et rosa suppositum profluuium mulieris reprimit et cessare facit. ¶ Polipus est superflua in naribus caro ex grossis et viscosis humoribus facta. ¶ Bolismus est infirmitas per quam homo semper continue comedere appetit et tamẽ saturari aliquo cibo non potest. Si vero saturatur statim euomit more canino: et post hoc statim esurit vt prius et talis infirmitas interdum prouenit ex frigore magno: et tunc parum sitit. Si vero prouenit ex frigore nimio tũc semper lingua siccatur: et multum bibere potest. ¶ Podagra ẽ passio pedum cum dolore calcanei et pollicis. Cura: fricetur dolor sepe cum testiculis vulpinis: et adeps vulpis idem facit et cum pelle eius inuoluatur.

Reuma est fluxus humoris a capite ad partes subiectas. Cura: ysop9 torrefactus et calue capiti appositus multum valet. Ad idem due vene sub lingua aperiantur.

Scothomia et vertigo sunt visiones ventositates et sunt ꝓprie passiones sensus cõis. Cura sume radicem ebuli: et prius desicca: et inde fac lixiuiũ et frequenter caput laua. ¶ Stupor est diminutio sensus et mentis. Cura: vena in occipite tangat. ¶ Sternutatio ẽ motus naturalis cerebri fortis et validus ꝓpter expulsionem nociuorum. ¶ Spasmus est egritudo neruoꝝ contrahens neruũ contra suam originem. ¶ Squinantia est apostema gutturis viam anhelitus impediẽs et cibi. Cura: due vene sub lingua minuantur. ¶ Sincopis est defectus caloris naturalis vel est ablatio sensus in toto corpore vel maiorem partem: ꝓpter debilitatẽ cordis. ¶ Singultus est quasi spasmus stomachi repleti aut inaniti ab humore aliquo viciati ꝓpter expulsionem nociuoꝝ. Cura aliquid inopinosum et anxium inopinate et subito patienti nũciandum est et cessabit. ¶ Stranguria interpretatur guttatiz vrine emissio. Cura: thus cuz pulegio coquatur in vino et bibat in balneo. ¶ Satiriasis est continua erectio virge cum appetitu ad coitum. Cura: super renes ventosas pone et extrahe sanguinem. ¶ Suffocatio matricis est ascensus matricis ad superiora propter humores corruptos. Cura: testiculi vulpis in oleo veteri cocti et possarium mulieribus impositum curat matricez suffocataz. ¶ Sciatica ẽ passio scie. i. anche vnde homines cogũtur claudicare. ¶ Serpigo est quedam species scabiei. ¶ Scurria ẽ quãdo vrina ex se insensibiliter emittitur.

Tetanus est maior contractio neruorũ a ceruice vsqz ad dorsuz. ¶ Thenasmõ est appetitus et voluntas nimia egerendi cũ modico aut nullo effectu. ¶ Tussis est violenta cõmotio spiritualis virtutis ad expellendum superfluitatem in spiritualibus. ¶ Tumor testiculorum est quando testiculi tumescunt. ¶ Tortiões ventris causantur ex vẽtositate.

Venenum est materia subtilis aquosa horribilissime qualitatis a tota substantia premens corpus humanum. ¶ Viscerana est infirmitas per quaz homo cruorem emittit per posteriora. ¶ Ulceratio lingue fit quando vlcera seu pustule in lingua generantur. ¶ Uertigo est ĩfirmitas capitis. Cura: omni hora dum vadis dormitũ recipe tres guttas vrine et pone ad nares ꝓbatũ est: quia multũ valet. ¶ Fetor oris fit multipliciter aliquãdo euenit ex putrefactione dentium. Aliquando ex putrefactione intestinorum: et alio modo fetidus anhelitus appellatur. Cura: si fit ex putrefactione dentiuz vel oris: tunc debes lauare os quanto melius potes et cessabit fetor oris. Post hoc recipe hanc medicinã videlicet duos lothones vitrioli albi: et mellis quatuor lothones primitus contunde vitriolũ bene: post hoc cõmisce cum melle et vnge cum eodẽ gingiuas bene vna cum dentibus. Si autem fuerit fetor ex stomacho: recipe pillulas aureas vnuz quent: et da patienti: et similiter detur ei esula cuz vino calido: et post hoc dentur ei isti pulueres: cinamomũ: gariofilus: piper: ciminum: agreste: et crocum: cuiuslibet vnum loth. hec omnia simul contũde: et da ei manducare et sanabitur a fetore.



¶ Consilium clarissimi doctoris domini Petri de tausignano pro peste euitanda.

¶ In nomine Jesu Christi mūdi creatoris Amen. Incipit tractatus de obseruanda vita ꝓ preseruatione sanitatis tempore pestilentie.



Um omne animal per instinctum nature conetur defendere corpus suū: ⁊ ꝓlongare vitā. Homo maxime q preualet oībꝰ alijs aīalibus ꝑ rōnem ⁊ intellectū qbus dotatus est: dꝫ se fatigare ad ꝓlongationē ⁊ ꝯseruationem suiipsiꝰ. Ad hoc vt ipse possit operari aliquē fructum virtutis. Qui sit nutrimētū sibi ⁊ illis qui sequunt̄ politice. Et ideo clementissime domīe q digne appellaris pijssimꝰ: sum dispositus reducere hunc tractatū in tali forma. Quem ego Petrus de tausignano phisicꝰ mādante serenissimo principe Galeazo comite virtutū ad hec vt fiat ꝯseruatio tue vite que non solū est vtilis tibi: sed etiam illis qui viuunt sub tua saluberrima fronde compilaui. ¶ Primū caplm.

Alienus in libro de ingenio sanitatis primo circa finem dicit: ꝙ nos decet nō habere negligentiā in cōplemento ipsius sanitatis: ideo est magne ꝑfectionis in isto tēpore habere aliquod consiliū ꝯtra vires pestilentiales demonstrādo ingeniū maxime illoꝝ a qbus dependet salus ⁊ vtilitas multaꝝ gentiū que virtuose recte ab illis sunt.

¶ De rebus demonstrandis in hoc opere.

